665

X. Aug. MDCCCXLI.

H. Jacobi.

CONIECTANEA CRITICA.

SCRIPSIT

F. G. SCHNEIDEWIN.

INSUNT

ORIONIS THEBANI

ANTHOLOGNOMICI

TITULI VIII.

NUNC PRIMUM EX CODICE BIBLIOTHECAE PALATINAE VINDOBONENSIS

EDITI.

GOTTINGAE,

TYPIS ET IMPENSIS LIBRARIAE DIETERICHIANAE.

MDCCCXXXIX.

GUSTAVO HUGONI

IURISCONSULTO ILLUSTRISSIMO
SUMMOS IN UTROQUE IURE HONORES

ANTE HOS QUINQUAGINTA ANNOS

RITE ADEPTO

DIE X. MENSIS MAII MDCCCXXXVIII.

GRATULATURUS OBTULIT

F. G. S.

CONTINENTUR HOC LIBRO:

Consederamus nuper quattuor viri professores Venidae in Mirabundulano nostro, ubi corpus laboribus fessum animumque continua septimanae contentione exhaustum dulci optimorum collegarum consortio suaviter reparare atque reficere moris est, die Solis, Muellerus Tuus, Summe HUGO, Ribbentropius, Lueckius, quem Tu ipse carpento advexeras, ego. Ibi dulcissimos herbae Nicotianae sufflantes odores ***ducebamus sollicitae jucunda oblivia vitae.*** Scilicet praeter unum Muellerum: in quo ego viro caetera τετραγώνῳ ἄνευ ψόγου τετυγμένῳ illud aegre desidero unum, quod abstinet ista herba, quam persalubrem esse vel coram Te, Vir Summe, obtinebo. Nempe ille non eget efficacissimo isto mordacium curarum delinimento. Multa tunc ibi jucunde confabulabamur de priscorum saeculorum Patriarchis et non Patriarchis. Ruebant horae: quum sol occideret, revertebamur in urbem. Rursus varii inter viam sermones: importunam Africi decertantis Aquilonibus petulantiam caussari Ribbentropius: Muellerus subitaneam flatuum commutationem ad Aristotelis decreta exigere, non memini reliqua. Sed fuere tamen et alia quaedam. Quippe, quod ait ille apud Platonem, πάν-

τως ἡ ὁδὸς ἡ εἰς ἄστυ ἐπιτηδεία πορευομένοις καὶ λέγειν καὶ ἀκουειν.

Tum Lueckius ad Muellerum: ***Meministi, inquit, profecto, instare festum diem soceri Tui, qui nobis hilariter transigendus erit. Equidem publico praeconio in societatem veniam laetitiae, quae Academiae nostrae communis est. Est enim, ut scis, perpetuus quidam, sed is*** ἄδακρυς πόλεμος ***mihi, qui Theologus sum, cum summo Antecessore.*** Respondebat Muellerus, ipsi quoque provisum esse, quo semisaecularem festivitatem optimo socero congratularetur, Pompejum Festum a se instauratum. Ribbentropius denique sibi cum ordine Jurisconsultorum privum esse et peculiare gaudii istius consortium affirmare. Silebam ego: nam novus tunc nuncius appropinquantis hujus festi diei ad aures meas accidebat.

Discessimus domum quisque suam. Tum ego tacitus mecum: ***Tene vero obmutescere, quem Vir Perillustris ab omni tempore magna benevolentia amplexus sit!*** Αἰσχρὸν σιωπᾶν — Haec et similia animum macerabant et pungebant. Agitabam consilia: nec proficiebam

hilum. Invidebam Lueckio, qui argumentum delegisset tractandum cum ipsa diei gravitate conjunctissimum quodque et ipso esset, Summo Theologo, et Te, Summo Jurisconsulto dignum. Invidebam Muellero, quem et ipsum viderem eum potissimum nominis Tui claritudini inscripturum librum, cujus usus et Jurisconsulto esset et Philologo multifarius. Me vero summae temporis angustiae a majoribus et Te dignioribus, si qua potuissem, absterrebant. Erat quidem feriarum exoptatissima dulcedo: at vel plura otianti negotia. Instare scholae Academicae novae: restare quae ante scholarum exordia essent tandem aliquando profliganda, quo lenti cunctatoris ignominiam amolirer: perterrefacere Paroemiographi; urgere librarii, urgere postremo — nuptiae. Jamque concriminabatur suavissima sponsa, nunc cara uxor, lentitudinem meam et torporem: accelerarem adventum, desisterem tergiversari et moras nectere.

In ejuscemodi tempore quid censes, Vir Perillustris, magnopere licuisse perfici, quod et ab hujus luce diei non abluderet nec Tuam de mea facultate opinionem illico excuteret? Vel sic tamen cunctantem dubitantemque

illa confirmavit cogitatio, quae in humanitate Tua, qua cedis nemini, et blanda comitate spem jubebat reponere omnem. Tenuem Tibi affero et levidensem libellum et cui nihil cum jure commercii. Verum enimvero affero testem atque praeconem pietatis erga Te meae, quae summa est. Tu autem quo soles hilari animo parvulum suscipe, non tam munusculi expendens pretium, quod sentio quam exiguum sit et vile, quam intuens testimonium grati animi et venerabundi publice prodendi desiderium.

Vale, Vir Perillustris, et, quod piis votis susceptis divinum numen precamur, ad extremos vitae humanae terminos ea fruere felicitate, quae summa Tua in literas merita, probitatem animi, morum comem severitatem exaequet. Iterum vale mihique ignosce.

Scribebam Gottingae d. X. mensis Maji MDCCCXXXVIII., quo ipso die ante hos quinquaginta annos Academia Fridericiana Halensis Summis in utroque jure honoribus Te ornavit.

I.

Alcmanis Messoatae in Dioscuros Hymnus. Callimachus.

Primam odam primi libri carminum Alcmanicorum, quae a Grammaticis in libros digesta accepimus sex, excipiebat ᾆσμα ἐς τοὺς Διοςκούρους [1]). In eo ᾄσματι quam curate singula vel facta vel fata Dioscurorum exornaverit Alcman, argumento ea sunt, quae ex eo carmine excerpta aetatem tulerunt. Primum enim locum natalem Tyndaridarum perstrinxerat: Pausanias III, 26, 2. Θαλαμῶν ἀπέχει σταδίους εἴκοσιν ὀνομαζομένη Πέφνος ἐπὶ θαλάσσῃ· πρόκειται δὲ νησὶς πέτρας τῶν μεγάλων οὐ μείζων. Πέφνος καὶ ταύτῃ τὸ ὄνομα. τεχθῆναι δὲ ἐνταῦθα τοὺς Διοςκούρους φασὶν οἱ Θαλαμᾶται· τοῦτο μὲν δὴ καὶ Ἀλκμᾶνα ἐν ᾄσματι οἶδα εἰπόντα· τραφῆναι δὲ οὐκέτι ἐν τῇ Πέφνῳ φασὶν (Siebelis φησὶν nullo jure) αὐτούς, ἀλλ' Ἑρμῆν τὸν ἐς Πελλάναν κομίσαντα εἶναι. Ipsum carminis istius indicem, ad quod Welckerus illa merito accensuit, idem prodit Pausanias I, 41, 5. Namque Megarensium exagitaturus famam, qui Timalcum, juvenem regium suum, cum Tyndaridis Aphidnam oppugnatum venisse atque a Theseo occisum perhiberent, ratiocinando sic progreditur: Μεγαρέως δὲ Τίμαλκον παῖδα τίς μὲν ἐς Ἄφιδναν ἐλθεῖν μετὰ τῶν Διοςκούρων ἔγραψε; πῶς δ' ἂν ἀφικόμενος ἀναιρεθῆναι νομίζοιτο ὑπὸ Θησέως; ὅπου καὶ Ἀλκμὰν ποιήσας ᾆσμα ἐς τοὺς Διοςκούρους, ὡς Ἀθήνας ἕλοιεν καὶ τὴν Θησέως ἀγάγοιεν μητέρα αἰχμάλωτον, ὅμως Θησέα φησὶν αὐτὸν ἀπεῖναι; Πίνδαρος δὲ τούτοις τε κατὰ ταὐτὰ ἐποίησε καὶ γαμβρὸν τοῖς Διοςκούροις Θησέα εἶναι βουλόμενον· ἐς ὃ ἀπελθεῖν

---

1) Vide Herodianum περὶ σχημάτων p. 61, 16. infra adscriptum, cll. Paus. I, 41, 5.

αὐτὸν Πειρίθῳ τὸν λεγόμενον γάμον συμπράξοντα [1]). Nec aliorsum tendunt Scholia AD Homeri Iliad. Γ, 242. *Διὰ τὴν τότε γενομένην ἁρπαγὴν Ἄφιδνα πόλις Ἀττικῆς πορθεῖται καὶ τιτρώσκεται Κάστωρ ὑπὸ Ἀφίδνου τοῦ τότε βασιλέως κατὰ τὸν δεξιὸν μηρόν. Οἱ δὲ Διόςκουροι Θησέως μὴ τυχόντες λαφυραγωγοῦσι τὰς Ἀθήνας· ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἢ τοῖς* (ἤτοι D) *κυκλικοῖς καὶ ἀπὸ μέρους παρὰ Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ.* Scholiasta quod Alcmanem ista *ex parte* narravisse ait, e Pausaniae narratione lucem accipit. Alcman enim missa, opinor, Aphidna, ignobili oppidulo, ipsam statim arcem Atticae, quod magnificentius sonaret et civium suorum animis lenocinaretur, expugnasse fecerat Dioscuros: quam famam suscepere alii auctores apud Heynium in Apollodorum III, 10, 7. Cum hac narratione quoniam conflaverat Scholiasta ea quae ab Alcmanico carmine aliena sunt, a poetis epicis amplificata, verba illa *Οἱ δὲ κτλ.* a prioribus segreganda sunt: hinc Alcmanem *ἀπὸ μέρους* ista narrasse ait. Ex quo apparet, quo jure nobis tanquam ex fuga retractum sit *λαφυραγωγοῦσι τὰς Ἀθήνας*, quod et tenor loci desiderat plane penitus et integrum exstat in Scholl. A vetustissimis; spretum autem et rejectum quod Scholiastae D incogitantia peccavit *τὰς Ἀφίδνας*. Ceterum jure mirere Valckenarium, cui apud Pausaniam *ὡς Ἄφιδναν ἕλοιεν* tentanti editores tamen non paruere.

Ad hoc carmen **Welckerus** meus, cujus *δευτέρας φροντίδας* in Alcmanem cupide exspectamus, rettulit versiculos a compluribus Grammaticis commemoratos quidem, haustos autem ex ipso illo fonte, qui nobismetipsis hodieque patescit, Herodiano *περὶ σχημάτων* p. 61, 16. Dindorf., emendatos autem a me in Ibyci Rhegini Rell. p. 159. sic: *Πλεονάζει δὲ τοῦτο τὸ σχῆμα* [2]) *παρ' Ἀλκμᾶνι τῷ Λυρικῷ· ὅθεν καὶ Ἀλκμανικὸν ἐπωνόμασται· εὐθὺς γοῦν ἐν τῇ δευτέρᾳ ᾠδῇ παρείληπται·*

---

1) Confer Pindari fragm. inc. 163. Boeckh. et quae Boeckhianis addidimus post Eustathii Prooem. p. 37.

2) De schemate Alcmanico praeter eos quos laudavit Welckerus v. Intpp. Virgilii apud Maium ad Aen. VI, 179. *Hoc inter σχήματα λόγου suo loco referemus item ad notandum σχῆμα, quod alkmanicon vocatur, ubi proposito singulari adsumitur non suo loco pluralis.*

Κάστωρ τε πώλων ὠκέων δματῆρες, ἱππότα σοφώ,
καὶ Πολυδεύκης κυδρός.

Non aliam sedem assignaverim iis quae sunt apud Priscianum de Metris Com. p. 1328. Putsch. *Alcman autem in primo catalectum trimetrum fecit habentem in quarto loco modo iambum, modo spondeum sic*:

Νεομόναρχε παρθένοις ἀεῖδεν [1].
Καὶ ναὸς ἁγνᾶς εὐπύργω Θεραπαίνας.

---

1) In Simonid. Cei. Rell. p. 6. ante alterum versum *Καὶ* inserui, quod, ut alia, ex Graeco Heliodori retinuerit Priscianus. Ceterum Alcman non tam *Θεράπνας* quam *Σεράπνας* dedisse videtur, ut alias *ἔσηκε*, *παρσένοι* pro eo q. e. *ἔθηκε*, *παρθένοι* dixit. Editio enim Ascensiana Prisciani *Και ναοσ αγνασ εν πυργω σεραπνας* praebet. Aldus *θεραπαίναις* dedit. Illa autem verba: *Νεοχμὸν ἄρχε παρθένοις ἀεῖδεν* — supra enim Putschii scripturam retinui — ex alio Alcmanis carmine petita, quod Welckero primum est. Servavit integriora Maximus Planudes in Hermog. V, 510. Walz., quae G. Hermannus sic refinxit:

Μῶσ' ἄγε, Μῶσα λίγεια,
πολυμελὲς ἀοιδᾶς μέλος
νεοχμὸν ἄρχε παρθένοις ἀεῖδεν.

Ut ab ultimis exordiar, satis quam posui scriptura versus tertii attestata est a Prisciani Heliodoro: nam libros Planudis loco ejus q. e. *ἀεῖδεν* omnes *καὶ ἄειδε* obsedit. *Παρθένοις* Dorice Alcman dixerat *παρσένοις*: quo libri ducunt. Namque Monac. *ἄρχε πάρ σ' ἔνοις*. Paris. 2916. *ἄρχ' ἐπ' ἀρσένοις*. Paris. 2977. *ἄρχ' ἐπ' ἄρσενας*. Vel apud Priscianum exemplar Ascensianum ex probo ductum libro *παρσενοισαι ειδεν* conservavit. Praeterea *νεωχμὸν* non damnaverim, quod et Erotianus ex Alcmane apposuit et exhibet codex Planudis Paris. 2916. Priora difficiliora: Aldus *πολυμελὴς ἀεὶ δὲ μέλος*. Mon. Paris. 2916. *πολυμελές*. Ven. *πολυμμελές*, quod suscepit Walzius. Tum Paris. 2918. *ἀεὶν ἄειδε*, sed Tom. VII. *αἰὲν ἄειδε*. Conjungit Walzius *πολυμμελὲς αἰέν*, ut Homer. Il. N, 22. *ἄφθιτα αἰεί*. Postremo *καινὸν ἄειδε μέλος* tentat. Ex quibus nihil videtur verum esse. Illud rejici debet, quandoquidem poeta Musam invocat ad ordiendum certum aliquod carmen, quod vix poterat *πολυμμελὲς αἰὲν* vocari. *Αἰεὶ* cur voci *ἄφθιτα* adhaeserit, confinium docet significationum. Id in voce *πολυμμελὲς* secus est. Alterum autem *καινὸν* et audacius novatum est et aegre conciliatur cum sq. *νεωχμόν*. Acquiesco in peringeniosa conjectura Hermanni, licet ea a librorum vestigiis parum firmetur. Denique *λίγεια* et libri Planudis praebent omnes et ex hoc loco affert Et. M. Unde non paruerim Welckero in gratiam Dorismi *λιγαῖα* rescribentis. Locum igitur sic scribo:

Μῶσ' ἄγε, Μῶσα λίγεια,
πολυμελὲς ἀοιδᾶς μέλος,
νεωχμὸν ἄρχε παρσένοις ἀεῖδεν. νεοχμὸν [illegible] cf. p. 182

In his Welckerus emendationi suae Θεράπνας per se certae fidem conciliavit loco Harpocrationis 95, 20. Bekker. Θεράπναι· Ἰσοκράτης Ἑλένῃ (XVII.)· τόπος ἐστὶν ἐν Λακεδαίμονι Θεράπναι, οὗ μνημονεύει καὶ Ἀλκμὰν ἐν ά. Eadem Photius 85, 7. Porson., nisi quod vv. ἐν ά omittit et Alcmanis nomen librarii socordia abiit in Alcaei: qua eadem chorda oberravit Harpocrationis codex D Parisinus. Praeterea ἁγνὸς ego correxi in Simonidis Cei Rell. p. 6. idemque vitium dudum sustulisse G. Hermannum narravi Exercc. Critt. III, p. 11. Ναὸς ille ἁγνὸς Dioscurorum fuit, si recte judico: Scholiasta Pindari ad haec in Isthm. I, 31.

Τυνδαρίδας δ' ἐν Ἀχαιοῖς ὑψίπεδον Θεράπνας
οἰκέων ἕδος,

annotavit: Ἰστέον ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν Θεράπναις τὸ ἱερόν ἐστι τῶν Διοσκούρων. Iidem in ea urbe sepulti ferebantur: Pindarus Nem. X, 55.

Μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ ἁμέραν τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ
Δὶ νέμονται, τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαίας ἐν γυάλοις Θεράπνας,
πότμον ἀμπιπλάντες ὁμοῖον.

Omnino autem in Therapna urbe Dioscurorum cum Menelao et Helena religio sanctissime colebatur: in ipsa arce urbis Menelaium fuit: Helenae templum in ipsa urbe supra Phoebaeum, Phoebae et Hilairae Leucippidum fanum, situm novit Herodotus VI, 61.; in Phoebaeo Dioscurorum fuit sacellum: Paus. III, 20, 1. Θεράπνης οὐ πόῤῥω Φοιβαῖον καλούμενόν ἐστιν, ἐν δὲ αὐτῷ Διοσκούρων ναός, cll. III, 14, 9. Vide Dissenii Explicationes Pindaricas l. l. et Muellerum Dorr. I, 92 sq., qui εὔπυργον Θεράπναν Tirynthiis moenibus munitam interpretatur eodemque spectare Pindari ὑψίπεδον Θεράπνας ἕδος. Dioscurorum sepulcra ibi exstructa fuisse praeter alios scriptores testari videntur Scholia Vaticana in Euripidis Troadd. 210 sqq.

Μὴ γὰρ δὴ δίναν γ' Εὐρώτα,
τὰν ἐχθίσταν θεράπναν Ἑλένας,
ἔνθ' ἀντάσω Μενέλᾳ δούλα,
τῷ τᾶς Τροίας πορθήτᾳ.

Scholia igitur: Μὴ ἔλθοιμι, φησίν, ὑπὸ τὴν δίνην τοῦ Εὐρώτου· ἥτις ἐστι θεραπαίνη (sic) ....
φησι τὴν θεραπαιν .... παροσον ὑπὸ τὴν γῆν τῆς

θεραπ .... εἶναι λεγον .... Dissentiebant, si quid video, sententiae Grammaticorum, apud Euripidem θεράπναν utrum θεράπαιναν, an Θεράπναν urbem intelligerent. Alterum qui amplectebantur, sepulcri fratrum Helenae admonebant. Hinc Scholium sic integrandum putaverim: [οἱ δὲ τὴν Θεράπνην,] παρόσον ὑπὸ τὴν γῆν τῆς Θεράπ[νης] εἶναι λέγον [ται τάφοι τῶν Διοσκούρων]. Vel, quod etiam probabilius possit videri, τάφοι Μενελάου καὶ Ἑλένης.

Welckerus autem quominus versiculum illum ad alteram odam libri primi referret — rettulit enim ad primam —, impedimento fuit levis quidam error. In illo enim quem supra consignavi loco Prisciani in prima legitur, quo Welckero prima oda ostendi visa est. Hinc vir egregius et versus istos, de quibus in annotatione quarta egimus, cujus tertium versum ex prima repetiisset Priscianus, exordium carminum Alcmanicorum esse jussit, et in Harpocrationis loco Ἀλκμὰν ἐν ά interpretatus est ἐν πρώτῃ. Debebat ἐν πρώτῳ, sc. βιβλίῳ μελῶν: ut omnino moris non est certam odam significare. *Verumenimvero*, inquit, *sentisne quam proclivis labare? Δευτέραν ᾠδὴν modo citabat Herodianus. Prisciano vero vel Heliodoro potius, quem ille compilabat, idem non licuisse in prima?* Audio et bono animo esse jubeo: Herodiano quod licebat, licebat Prisciano: verum Priscianus non id agebat quod Herodianus, ut πλεονάσαντα Alcmanem consuetudine aliqua coargueret exemplo manifesto. Hinc Herodianus statim in altero carmine occurrere schematis istius usum tradidit. Cum notatione Harpocrationis confer quem Welckero debeo Erotianum Lex. Hippocr. s. v. Νεωχμόν· νεώτατον ὡς καὶ Ἀλκμὰν ἐν ά μελῶν. Quanquam satis excusabilis error ille Welckeri est, quem seduxisset Putschii Priscianus, exhibens prim*a*: Lindemanni emendatius exemplum *in primo* exhibet, et Krehlii.

In eo autem nunc assentior Welckero, quod quem versiculum post paullo attulit Priscianus, et ipsum Alcmani tribuit, quem ego olim Simonidi Ceo vindicabam, notatus iccirco a Theodoro meo Bergkio Zimmermanni Diar. Philol. 1838, 2. p. 18. Pergit Priscianus: *In quarto loco spondeum habet: similiter*

χερσόνδε κωφὸν ἐν φύκεσσι πιτνεῖ,

quarto loco spondeum posuit, (nam φυ producitur) teste Heliodoro, qui ait, Simonidem hoc frequenter facere. Welckero quidem

hic versus ex alio carmine desumptus videtur: fortasse recte. Sed si de unda — κωφὸν κῦμα Iliad. O, 16. — litori illisa sermonem fuisse statuimus, poterat ejusdem esse carminis. Si quidem Alcman, quem supra diximus Dioscuros in Pephno insula natos cecinisse, poterat mentionem fecisse rei satis memorabilis, cujus testem habemus Paus. III, 26, 2. Ἐν ταύτῃ τῇ νησῖδι ἀγάλματα Διοςκούρων χαλκᾶ, μέγεθος ποδιαῖα, ἐν ὑπαίθρῳ τῆς νησῖδος ἐστίν. Ταῦτα ἡ θάλασσα ἀποκινεῖν οὐκ ἐθέλει κατακλύζουσα ὥρᾳ χειμῶνος τὴν πέτραν· τοῦτό τε δὴ θαῦμά ἐστι καὶ οἱ μύρμηκες αὐτοὶ (αὐτόθι Buttmannus) λευκότερον ἢ ὡς μυρμήκων τὸ χρῶμα φαίνουσιν. Dixerit igitur Alcman undarum impetum ita frangi, ut a statuis Dioscurorum vim suam et violentiam cohibeant.

Sed laetus ex his eluctor angustiis. Namque alia quoque in eodem carmine, ut auguror, in Dioscurorum laudes verterat Alcman. Scholia in Clementis Alexandrini Protrepticum a R. Klotzio nuper ex libro Parisino vulgata IV, p. 107 sq. haec memoriae prodiderunt: Ἱπποκόων τις ἐγένετο Λακεδαιμόνιος, οὗ υἱοὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς λεγόμενοι Ἱπποκοωντίδαι ἐφόνευσαν τὸν Λικυμνίου υἱόν, Οἰωνὸν ὀνόματι, συνόντα τῷ Ἡρακλεῖ, ἀγανακτήσαντες ἐπὶ τῷ πεφονεῦσθαι ὑπ' αὐτοῦ κύνα αὐτῶν. καὶ δὴ ἀγανακτήσας ἐπὶ τούτοις ὁ Ἡρακλῆς πόλεμον συγκροτεῖ κατ' αὐτῶν καὶ πολλοὺς ἀναιρεῖ, ὅτε καὶ αὐτὸς τὴν χεῖρα ἐπλήγη. μέμνηται καὶ Ἀλκμὰν ἐν ά. Vulneratum esse Herculem praeter poetam testatur Paus. III, 15, 3. et Clemens Protrept. p. 31, 9. Potter. Σωσίβιος δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα πρὸς τῶν Ἱπποκοωντιδῶν κατὰ τῆς χειρὸς οὐτασθῆναι λέγει. Fluxit autem haec Sosibii memoria ex eodem fonte quem Scholia Clementis indicant, Alcmane: cujus Laconis carmina Sosibius Laco commentariis instruxerat, ad quos Athenaeus provocat III, 115, A. XIV, 646, A. 648, B. [1]).

Scribit Apollodorus II, 7, 3. Herculem iratum Hippocoon-

---

1) Ex iisdem commentariis fortasse fluxit quod est Clem. Protr. p. 32, 30. Potter. Ἔστι δὲ καὶ Ποδάγρας ἄλλης Ἀρτέμιδος ἐν τῇ Λακωνικῇ ἱερόν, ὥς φησι Σωσίβιος. Velut poterat Sosibius de ista Diana admonere ad hoc ipsum quod illustramus carmen: dicebantur enim Theseus et Pirithous ex templo Ὀρθίας Ἀρτέμιδος Helenam rapuisse, Plut. Thes. XXXI. Verum scio edidisse eundem Sosibium et alia et librum περὶ θυσιῶν τῶν ἐν Λακεδαίμονι, Athen. XV, 674, A.

tidis fuisse quum propter necem Oeoni, tum quod Neleo opitulati fuissent: addit aliam caussam Pausanias III, 15, 3. Τὸ ἔχθος Ἡρακλεῖ φασιν ἐς οἶκον ὑπάρξαι τὸν Ἱπποκόωντος, ὅτι μετὰ τὸν Ἰφίτου θάνατον καθαρσίων εἵνεκα ἐλθόντα αὐτὸν ἐν Σπάρτῃ ἀπηξίωσαν καθᾶραι. Tum Hercules interemptis Hippocoonte et filiis ipsius urbem captam Tyndareo tradit, quem Hippocoon regno exutum patria exturbasset: v. praeter Apollodorum Diodor. Sic. IV, 33. Paus. III, 1, 4. Perpetuaeque Tyndareo Tyndaridisque cum Hippocoonte et Hippocoontidis videntur intercessisse simultates et rixae: sic enim fabulae ferunt. Veluti erant qui Tyndareum ipsum Helenam Theseo tradidisse dicerent; qui metueret Enarsphorum, Hippocoontis filium, quem ἔτι νηπίαν οὖσαν τὴν Ἑλένην βιαζόμενον deprehendisset, teste Plutarcho Lycurg. XXXI. In eundemque censum venit quod Euphorionis testimonio comprobant Scholia Clementina l. c. Μέμνηται καὶ Εὐφορίων ἐν Θρᾴκῃ τῶν Ἱπποκόωντος παίδων, τῶν ἀντιμνηστήρων τῶν Διοςκούρων. Corrige Εὐφορίων ἐν Θρᾳκί: ita enim inscriptum erat carmen Epicum Euphorionis, de quo Meinekii vide Euphorionea p. 71. In quo carmine quam varia explicata fuerint, vel paucae istae particulae docent frr. XIX - XXII. Namque de equis Amphiarai, de Harpalycae amoribus et Apriatae deque portis Oncaeis Thebarum, postremo de Hippocoontidis fabulas perstrinxerat. De Hippocoontidis Dioscurorum ἀντιμνηστῆρσιν nihil constat aliunde: nisi forte Euphorion reconditiorem quandam et paene intermortuam famam sectatus est, ex qua fama non Apharetidis et Dioscuris, sed Dioscuris et Hippocoontidis de Leucippidibus fuerit contentio. Ceterum inscribendo libro Euphorioneo quid occasionem praebuerit frustra se quaerere allaborasse confitetur Meinekius p. 34. Nec ipse potui indagare.

Ex hoc deverticulo revertamur ad Alcmanem. Adumbraverit igitur expeditionem Herculeam in Hippocoontidas eorumque obtruncationem: posthac Tyndarei restitutionem in regnum. Quae cur in eodem Alcmanis carmine locum habuisse censeam, in quo Dioscuros Athenis captis Helenam reduxisse matremque Thesei abstulisse celebraverat, caussae me compellunt et plures numero et re non viles. Hippocoontidae enim et Tyndaridae quam arto vinculo ligati fuerint, demonstravi supra.

Jam vero non eo confugio, ut, quum Alcmanem noverimus Hippocoontidarum meminisse *ἐν ά*, hymnum autem in Dioscuros in eodem infuisse libro, probabile dicam, idem carmen indigitari: non vitarem enim levitatis crimen, quo mihi non odiosius alterum: sed omnem persuasionis fiduciam repono in eo loco quem confido vel pertinaciter, immo pervicaciter refragantibus subdubitantibusve scrupulos exempturum omnes: dico Pausan. III, 15, 2. *Ἔστι δὲ τῆς Στοᾶς, ἣ παρὰ τὸν Πλατανιστᾶν πεποίηται, ταύτης ὄπισθεν ἡρῷα, τὸ μὲν Ἀλκίμου, τὸ δὲ Ἐναραιφόρου καὶ ἀφεστηκὸς οὐ πολὺ Δορκέως* (*Δερκέως* Va et mox MVa), *τὸ δὲ ἐπὶ τούτῳ Σεβροῦ· παῖδας δὲ Ἱπποκόωντος εἶναι λέγουσιν· ἀπὸ δὲ τοῦ Δορκέως κρήνην τὴν πλησίον τοῦ ἡρῴου Δορκείαν, τὸ δὲ χωρίον τὸ Σέβριον καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ Σεβροῦ. τοῦ Σεβρίου δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ μνῆμα Ἀλκμᾶνος, ᾧ ποιήσαντι ᾄσματα οὐδὲν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήνατο τῶν Λακώνων ἡ γλῶσσα ἥκιστα παρεχομένη τὸ εὔφωνον. Ἑλένης δὲ ἱερὰ καὶ Ἡρακλέους, τῆς μὲν πλησίον τοῦ τάφου τοῦ Ἀλκμᾶνος, τῷ δὲ ἐγγυτάτω τοῦ τείχους· ἐν αὐτῷ δὲ ἄγαλμα Ἡρακλέους ἐστὶν ὡπλισμένον.* En, juxta Sebrium positum Alcmanis poetae monumentum, exstructa Helenae Herculisque sacella. Et in Herculis quidem fano *ἄγαλμα ὡπλισμένον*: quem habitum herois scite interpretabantur Spartani: *τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ἀγάλματος*, Pausanias addit, *διὰ τὴν πρὸς Ἱπποκόωντα καὶ τοὺς παῖδας μάχην γενέσθαι λέγουσιν.* Jam vero quis dubitabit, quin quam Alcman fabulam domesticam hymno suo in Dioscuros proposuisset, populares ipsius in collocando monumento poetae condendisque juxta illud Helenae Herculisque sacellis figurandaque statua Herculis armati tanquam normam et regulam secuti sint? Quis est, quin continuo largiatur, Helenae et Herculis Hippocoontidarumque caussa Alcmanem, Alcmanis Helenam et Herculem juxta positos fuisse? Carminis igitur Alcmanis sicut Pausaniae memoria instauratur imago, et si minus imago, at umbra tamen quaedam: sic Pausaniae locus, nisi me omnia fallunt, ex istius ipsius carminis indagatione vicissim mutuatur, quo clara luce collustretur.

Herculem qualem Alcman introduxerit, fabulae ab ipso tractatae ratio satis fidem facit. Nec jam ambiguum est, quin ad idem carmen redeat quod a Plutarcho memoriae transmis-

sum testimonium est de Herodoti Malign. II, 857, E. Καίτοι τῶν παλαιῶν καὶ λογίων ἀνδρῶν οὐχ Ὅμηρος, οὐχ Ἡσίοδος, οὐκ Ἀρχίλοχος, οὐ Πείσανδρος, οὐ Στησίχορος, οὐκ Ἀλκμάν, οὐ Πίνδαρος Αἰγυπτίου ἔσχον λόγον Ἡρακλέους ἢ Φοίνικος, ἀλλ' ἕνα τοῦτον ἴσασι πάντες Ἡρακλέα τὸν Βοιώτιον ἡμῖν καὶ Ἀργεῖον.

Fuit Hippocoon ipse filius spurius Oebali ex Nicostrata, Oebalus Perieris, v. Scholl. Eurip. Orest. 458. et Scholl. BL Il. N, 581. Heyn. Apollod. p. 283. Tametsi alii aliter narravere: teste Stesichoro Apollod. III, 10, 3. Περιήρης, filius Cynortae, γαμεῖ Γοργοφόνην τὴν Περσέως καὶ τίκτει Τυνδάρεων, Ἰκάριον, Ἀφαρέα, Λεύκιππον. Alii Aphareum et Leucippum Perieris dicebant, Aeoli filii: Κυνόρτου δὲ Περιήρην, τοῦ δὲ Οἴβαλον, v. Heyn. Apollod. p. 282 sq. Utut est, Perieris mentionem ab Alcmane factam colligo ex Etym. M. 663, 55., quae notatio ex Herodiano manavit: Περίηρς· ἐκ τοῦ Περιήρης· ἆρον τὸ η̄, Περίηρς· ταύτῃ ἐάν σοι προτεθῇ παρ' Ἀλκμᾶνι, ὅτι „Κλῖνον αὐτό“ μὴ κλίνῃς· οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ ἡ κατάληξις, εἰ γίνοιτο Περιήρους, πρὸς τὴν Περιήρης εὐθεῖαν. περὶ παθῶν. Περίηρς scripsi litera majuscula: nomen esse proprium neque Welckerus fr. CVII. sensit et latuit Lobeckium Paralipom. Gramm. Gr. I, 93., qui pauca quaedam affert exempla ejusmodi consonarum coagmentationum, quas Doriensium aures minus teretes non prorsus respuebant, μάκαρς apud Alcmanem fr. LXVI., χέρς, quod Hephaestio I, 2. non ex Timocrate, ut scribit Lobeckius, sed ex Timocreonte Rhodio apposuit. Rationem autem ejusmodi terminationum subtiliter investigat A. Giesius in praeclaro libro quem de dialecto Aeolica conscriptum reliquit, p. 100.

Viginti erant filii Hippocoontis, teste Diodoro Sic. IV, 33., πολλοὺς ἀνελεῖν Scholia Clementina testantur. Nec praeterierat nomina eorum vel universorum vel singulorum quorundam Alcman: nam ad hoc carmen aggrego quod est in Scholiis Ven. A Il. II, 57. rursus ex Herodianeis: Ὅσοις κυρίοις εἰς η̄ς λήγουσι βαρυτόνοις συνθέτοις παράκειται ἐπιθετικά, ὀξυνόμενα (f. ὀξύνεται)· Διογένης — αὐτὰρ ὁ διογενής [1]).

---

1) Αὐτὰρ ὁ διογενὴς ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης Thebaidis Cyclicae auctor apud Athen. XI, 465, F.

Πολυνίκης (Πολυνείκης) — ἀλλὰ πολυνικὴς (πολυνεικὴς) διελένα [1]. Παγκράτης — παγκρατὴς ἀλήθεια [2]. Εὐρυσθένης — ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής [3]. Εἰ δὴ Εὐτείχης ὄνομα κύριον παρὰ Ἀλκμᾶνι, ὀξύνεται τὸ ἐπιθετικόν. Eadem partim decurtata, partim pleniora cum ipsis verbis poetae Ann. Oxonn. I, 158, 31. exstant in Epimerismis Homericis: Ὅσοις κυρίοις εἰς ης λήγουσι βαρυτόνοις συνθέτοις παράκειται ἐπιθετικά, ταῦτα ὀξύνεται. Διογένης διογενής· Πολυνείκης πολυνεικής· Εὐρυσθένης εὐρυσθενής. Οὐ μάχεται τὸ Εὐμένης· οὐ γὰρ πάντως τὰ μὲν ἀεὶ βαρύνεται, τὰ δὲ ἐπιθετικὰ ὀξύνεται, ἀλλὰ εἴπου βαρύνεται τὸ κύριον, τὸ ἐπιθετικὸν ὀξύνεται· εἰ οὖν ἔστιν Εὐτείχης ὄνομα κύριον παρ' Ἀλκμᾶνι·

Εὐτείχη τ' ἄνακτ' Ἀρήϊον,

καὶ ὤφειλεν εἶναι τούτῳ τῷ λόγῳ Εὐτείχεα. Ex istis viginti filiis sat magnum novimus numerum: Pausanias III, 14. Εὐμήδην memorat et Ἄλκωνα; idem 15, 2. Ἄλκιμον, Ἐναραφόρον, Δορκέα, Σεβρόν. Ex his quosdam ignorat catalogus Apollodori III, 10, 5. Ἱπποκόωντος μὲν οὖν ἐγένοντο παῖδες Δορυκλεύς, Σκαῖος, Ἐναρσφόρος, Εὐτύχης, Βουκόλος, Λύκων, Τέβρος, Ἱππόθοος, Εὔρυτος, Ἱπποκορυστής, Ἀλκίνους, Ἄλκων. In his Alcinous idem videtur esse qui Ἄλκιμος Pausaniae, Τέβρος qui Σεβρός: Heynio Apollodori Δορυκλεύς non diversus videbatur a Δορκεῖ Pausaniae: de quo dubito. Σκαῖον Herodotus agnoscit V, 60. Εὐτύχην cedere jubeo Εὐτείχει: quam quidem correctionem minime indigam testimonii subministrant codices Pal. Dorv. Reg. 3. Iidem libri quum Λύκαν exhibeant, codex P autem in schedis Heynii Λύκανον (h. e. Λυκάων), pro eo quod editur Λύκων, mutato tenore Λυκάν reponendum erit, quod nomen inter alia ejusdemmodi affert Herodianus Theognosti in Crameri Ann. Oxx.

---

1) Πολυνεικὴς διελένα in memoriam vocat Aesch. Agam. 672. τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ' Ἑλέναν. Διελένα videtur Δυςελένα esse: sic Εὐριπίδης τὴν Ἑλένην Δυςελένην διὰ τοῦ ἐξαγγέλου Φρυγὸς φησὶν Eustath. Il. 379, 33.

2) Παγκρατὴς ἀλήθεια Bacchylidis sunt fr. XX.
Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει
Χρυσὸν, ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σοφία τε παγκρατής τ' ἐλέγχει ἀλάθεια.

3) Ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής Pindari Pyth. V, 1.

II, 26, 25. Magna autem de Ἐναρςφόρου scriptura dubitatio. Cujus nomen herois ante Fabrum et Galeum apud Apollodorum Ἐναρςφόρος sonabat: Ἐνάρςφορος vetusta est scriptura in Plutarchi Theseo XXXI., quam Coraës et Schaeferus expulerunt, qui Ἐναροφόρον novavere. Apud Pausaniam libri conspirant in scriptura Ἐναραιφόρος, quam a Clavigero et Siebeli derelictam reduxerunt editores nuperi, Bekkerus et cum Schubarto meo Walzius. Illi enim obsecuti Heynio Ἐναραφόρον scripserant. Ἐναρςφόρον Hesiodus Scut. Herc. 192. Martem appellat: ita certe ex Trincavello editur. Nam codex Em. Cantabrigiensis ἐναριφόρος, Med. P 2 ἐναροφόρος scribunt. Illud ego mordicus teneo. Nec Goettlingii mei me movet disputatio, cui ab initio ἐναρηφόρος scriptum fuisse videtur, etiam reliquis vocabulis pro versus ratione mutatis. Potius subscribo sobrie judicanti Buttmanno in Gramm. Max. II, 352 sqq., cujus haec sunt: *"Hierher gehört auch ἐναρςφόρος, Beuteträger, welche etwas harte Form als überlieferte, aber auch sehr angefochtne Lesart ist in Hesiod. α, 192., und als Name eines Spartanischen Heroen bei Apollodor und Plutarch; statt des den Regeln auch angemessenen glätteren ἐναροφόρος, ἐναραιφόρος, ἐναρφόρος. Eben weil diese glätteren Formen sich so leicht darboten, und keine Analogie jene harte natürlicher machte, so wäre gar nicht zu begreifen, wie ältere Grammatiker oder Abschreiber auf eine solche Form hätten verfallen können, wenn es nicht die aus rauherer Mundart echt überlieferte wäre, woneben sich aber jene anderen in der weicheren Sprache nothwendig auch bilden mussten. Im Hesiod mag die Variante ἐναρφόρος, wofür aber, von der Endung ρον, ρα gebildet, doch auch eben keine Analogie vorhanden ist, früh aufgekommen sein, aber in Apollod. III, 10, 5. u. Plut. Thes. 31. konnte nur eine neuere schwache Kritik Ἐναροφόρος gegen die Auctorität aller Handschriften empfehlen."* Similem ρς literarum conjugationem supra attigimus, ut in vocc. μάκαρς, Περίηρς: idem Alcman fortasse nominaverat Ἐναρςφόρον ex consuetudine popularium, quam unus Pausanias emollivisse videtur de industria: ab Alcmane autem eum non praetermissum esse ex eo non sine probabilitate conjicias, quod Ἐναρςφόρος potissimum Helenae vim attulisse dicitur Plut. Thes. XXXI. Ceterum ne erit quidem, quod fallaci similitudinis specie adductos Spartanos Ἐναροφόρον formasse concriminemur, modo illud

teneamus, juxta vulgarem formam *ἔναρον*, *ἔναρα* alteram in usu esse potuisse *τὸ ἔναρος*. Quod ubi sumpserimus, accedet *ἐναρςφόρος*, ex *ἐναρεςφόρος* contractum, ad ea qualia sunt *σακέσπαλος*, *ἐγχέσπαλος* et quae sunt reliqua.

Ego si non tam ea, quae probabile sit fuisse, quam quae potuerit esse ut fuerint quaererem, de aliis quibusdam suspicarer ad idem carmen revocandis. Nunc unum tetigisse licebit, quod non incredibile videbitur ad idem carmen pertinuisse. Apollonius Dyscolus de Pronom. p. 399, C. Bekker. Ἀλκμάν·

Ὑμέ τε καὶ σφετέρως ἵππως·
σφεὰ δὲ προτὶ γούνατα πίπτω,

quae ex Hippocoontidis aliquis ad Dioscuros potuit dicere.

Sat prata biberunt. Illud in his me hariolationibus consolatur unum, quod egregie dixit Vir Summus: *Hariolari, ubi nihil scitur, non est ineptum, dum ne ipsa inepta sit hariolatio.* Ego modo *ineptum* illud fugerim.

Raro fortunae beneficio contigit, ut locus quidam Callimachi, quem lacerum exhibent libri scripti, pessime interpolatum propinant exemplaria edita, ex eorundem Scholiorum Clementinorum fide in integrum videatur restitui posse. Hymni in Cererem v. 10 sqq.

Πότνια, πῶς σε δύναντο πόδες φέρεν ἔς τ' ἐπὶ δυθμὰς,
ἔς τ' ἐπὶ τὼς μελάνας καὶ ὅπα τὰ χρύσεα μᾶλα;
[οὐ πίες οὔτ' ἄρ' ἔδες τῆνον χρόνον οὐδ' ἐλοέσσω.]
τρὶς μὲν δὴ διέβης Ἀχελώϊον ἀργυροδίναν,
τοσσάκι δ' ἀενάων ποταμῶν ἐπέρασσας ἕκαστον,
[τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμες ὀμφαλὸν Ἔνναν,]
τρὶς δ' ἐπὶ καλλι [χόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητὶ,]
αὔσταλέα ἄποτός τε· καὶ οὐ φάγες οὐδ' ἐλοέσσω.

Quae cancellis saepta proposui exigua nituntur librorum scriptorum auctoritate atque nulla. Et versus quidem 15. primum comparuit in editione Io. Benenati, deinde Henrici Stephani: is non constat unde ductus sit. Illud non potest dubium esse, quin de suo nescio quis interposuerit, quem egregii carminis in codicibus male habiti misereret. Modo Doricae dialecti imitatione manum suam callidius texisset. Nec ita imposuit aliis viris doctis superiorum saeculorum, ut bona fide exoscu-

larentur ab illo nescio quo procusa. Docet scriptura a Benenati exemplari dissidens, quam Blomfieldius protulit ex editione Veneta 1555., quam editionem Praefat. p. VI. Robortelli fuisse suspicatur. In ea editione sic exstare dicitur:

Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστην σικανῶν πόλιν ἤλυθες Ἔνναν.

Ut certatim lusisse ingenia doctorum in confesso sit. Nec fugit I. A. Ernestium, quam Ennae memoria ab hoc loco esset aliena.

Alterius versus reliquiae quaedam comparent in codicibus librisque vetustis aere exscriptis: in Loesneri libro Veneto, Florentina Lascaris et Aldina editione Τρὶς δ' ἐπὶ καλλι..... supersunt: in Codice Regio Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίχορον ... servata: Vossianus denique liber integrum scilicet versum custodivit huncce:

Τρὶς δ' ἐπὶ καλλιχόροιο χαμάδις ἐκαθίσαο φρητί.

Quod supplementum primus Frobenius in verba Callimachi infarsit. Secutus Stephanus, qui καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητί emendatius dedit. Jam vero et Benenati supplementa et Frobenii *per facilitatem parum acutam* Stephani ambo in contextum venere. Illud eliminandum protinus: hoc emaculandum. Namque elementa suturae ab eo quisquis sutor exstitit temere consarcinata sunt. Explosit misellum magistelli artificium Ernestius: et facile est ratione et via convellere. Nam ut mittam ineptum istud, quod ter ad Callichorum, cujus quidem mentionem nullo jure suspectabat Ernestius, consedisse narratur Ceres: et χαμάδις illud, cujus ultimam non licebat produci, et ἐκαθίσσαο forma vitiosa hoc quidem intellectu, supplementi importunitatem evincunt. Poterat monstrare vel Hymnus in Dianam 233.

Ἦ μέν τοι Προῖτός γε δύω ἐκαθίσσατο νηούς.

Verum quid artificiosa opus est nexorum argumentorum subornatione? Etenim quod ad ingenii laudem, si qua est, deterius, efficacius idem ad commendandam scripturae non tam novae quam vetustissimae praestantiam est, οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, sed quem supra dixi Scholiastae Clementini, a quo ad illa Clem. Protrept. p. 16, 32. Potter. Ἀλωμένη ἡ Δηὼ κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς τῆς Κόρης περὶ Ἐλευσῖνα — τῆς Ἀττικῆς δέ ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον — ἀποκάμνει καὶ φρέατι ἐπικαθίζει λυπουμένη — ad haec igitur adscripta sunt

V, p. 104. Τὸ φρέαρ Καλλίχορον οἱ παλαιοὶ ὀνομάζουσι· Καλλίμαχος φησίν·
Καλλιχόρῳ ἐπὶ φρῆτι καθέζεο παιδὸς ἄπαυστος.
Agnoscisne non sine gaudio quodam manum poetae Cyrenaei ipsam? Quanquam levidense quoddam peccatum residet. Ἄπαυστος vitium librarii est pro eo q. e. ἄπυστος: praeterea δ' inserta particula locus Callimachius resarcietur in hanc speciem:

Τρὶς μὲν δὴ διέβας Ἀχελώϊον ἀργυροδίναν,
τοσσάκι δ' ἀενάων ποταμῶν ἐπέρασας ἕκαστον,
καλλιχόρῳ δ' ἐπὶ φρητὶ καθέζεο παιδὸς ἄπυστος,
αὔσταλέα ἄποτός τε, καὶ οὐ φάγες οὐδ' ἐλοέσσω.

Cf. Hermann infra p. 113.

II.

Alcman Ethnographus.

Aelius Aristides rhetor quum propter magniloquentiam, qua *μεταξὺ τοῦ ἐγκωμίου καὶ τῶν λόγων τῶν εἰς τὴν θεὸν* (Minervam intellige) suam ipsius virtutem oratoriam extulisset, esset vituperatus, *περὶ τοῦ παραφθέγματος* declamationem conscripsit, qua sibi liberum fuisse gloriari de semetipso evinceret. In quem ille finem quum alia profert, quibus de se ingenue gloriandi veniam impetret, tum ad vetustorum potissimum auctorum exempla confugit, quos manifestum sit nec ipsos ab jactantia artis suae alienos fuisse. Hunc finem declamationis his verbis aperit quae sunt p. 369. (II, 496. Dindorf.) *Ἵνα τοίνυν εἰδῇς, ὅτι καὶ ὅλως ἀρχαῖον νόμιμον τοῦτο καὶ Ἑλληνικὸν φρονεῖν ἐπὶ τοῖς αὑτοῦ καὶ χωρὶς τούτου τοῦ φρονήματος οὔτε πρᾶξις κατ᾽ ἀνθρώπους ἀξία μνήμης οὔτε λόγος διαφέρων οὔτ᾽ ἄλλο τελεσθείη ποτ᾽ ἂν οὐδέν, ἄκουε οἷα καὶ ὅσα παρῆλθέ σε.* Post alios ubi Alcmanem, poetam Laconem, in caussae suae patrocinium advocat, tria diversa carmina perlustrat, quae numeris praefixis distinguam: est locus p. 377. (508. Dindorf.):

I. *Ἀκούεις δὲ καὶ τοῦ Λάκωνος λέγοντος εἰς αὑτόν τε καὶ τὸν χορόν·*

Ἁ Μῶσα κεκλήγει, λίγεια Σειρήν 1).

---

1) Libri *ἡ Μῶσα κεκλήγει ἡ λίγεια Σειρήν.* Welckerus fr. VI. edidit: *ἁ Μῶσα κεκλήγει, ἡ λιγαῖα Σειρήν.* Sed idem legi posse ait *κέκληγ᾽ ἡ λ. Σ.* Hermannus utrumque articulum proscribebat. Ego Delect. fr. 47. *Ἁ Μῶσα κεκλήγει, λίγεια Σειρήν* praetuli. Sed quum codicem Γ videam *κεκλήγη* praestare, *ἁ Μ. κέκληγ᾽, ἁ λ. Σ.* scriptum malim. Erit tamen qui formae *κεκλήγει* in Dorico poeta patrocinandum putet. Hoc certum est, Ahrensium meum falli, qui *ἢ Μ. κέκληγ᾽ ἢ λίγεια Σειρὴν* reponendum arbitratur. Cavet Aristidis explicatio ipsius. Alcman quum Musam canoram Sirena vocat, nihil vult aliud, nisi carmen ipsius a choro cantatum pulchre sonare. Ceterum recte *λίγεια* scribi, non *λιγεῖα*, docuit ex veterum magistrorum decretis Lehrsius Quaestt. Epp. p. 169 sqq. Cf. supra pag. 3.

Καίτοι τί τοιοῦτον ἐγὼ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ τῶν ἐμαυτοῦ λόγων παρεφθεγξάμην; πότερον τοῖς Σειρήνων μέλεσι παρέβαλον αὐτοὺς ἢ πρὸς βιβλία βιβλίον ἀντεξετάσαι κελεύειν αὐθαδέστερόν ἐστιν, ἢ τῇ τῶν Μουσῶν φωνῇ τὴν αὐτοῦ φῆσαι προσεοικέναι; Προστίθει δὲ κἀκεῖνο, ὅτι [1]) αὐτῆς τῆς Μούσης δεηθεὶς κατ' ἀρχὰς ὁ ποιητὴς ἵν' ἐνεργὸς ὑπ' αὐτῆς γένοιτο, εἶτα ὥσπερ ἐξέστη καὶ φησὶν ὅτι τοῦτο ἐκεῖνο χορὸς αὐτὸς ἀντὶ τῆς Μούσης γεγένηται. Καὶ εἰ μὲν ἄνευ τῆς Μούσης τοῦτο ἐξελάλησεν, οὐ κοινωνεῖ τοὐμὸν τῆς αἰτίας· ἐγὼ γὰρ τῶν ἐν τοῖς λόγοις ἀγαθῶν ἀφιστάμην τῇ θεῷ· εἰ δ' ἡ Μοῦσα κληθεῖσα καὶ παραγενομένη ταῦτ' ἤγαγεν ἐπὶ νοῦν αὐτῷ, δοκοῦντα καὶ ταῖς Μούσαις, ὡς ἔοικεν, ἔστι τὰ τοιαῦτα παῤῥησιάζεσθαι τοὺς ὑπ' αὐταῖς ζῶντας.

II. Ἑτέρωθι τοίνυν καλλωπιζόμενος, παρ' ὅσοις εὐδοκιμεῖ, τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἔθνη καταλέγει, ὥστ' ἔτι νῦν τοὺς ἀθλίους γραμματιστὰς ζητεῖν, οὗ γῆς ταῦτ' εἶναι [2]), λυσιτελεῖν δ' αὐτοῖς καὶ μα-

---

Lehrsius p. 171. quum in verbis Stesichori fr. XVII. Del. nostr.

ἄγε Μοῦσα λίγει', ἄρξον ἀοιδᾶς ἐρατῶν ὕμνους
Σαμίων περὶ παίδων ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ,

tacite subrogat ἄρξομ' vulgatae scripturae ἄρξον, aperte labitur. Docet alterius versus φθεγγομένα.

1) Ex compluribus Musarum alloquiis quod potissimum Aristidis menti obversatum fuerit non possum dicere. Sed inclinat tamen animus, ut statuam intercidisse. Nam Aristidis circumlocutio nulli quae quidem exstet Musarum invocationi satis accurate respondere videtur. Hoc discimus, Alcmanem in ingressu carminis precatum esse Musam, ut sibi praesens opitularetur: postea spiritus sumpsisse, ut suum ipsius carmen, quasi annuisset precanti Musa, *Musae cantum*, *canorae Sirenis* appellare auderet. Nec usquam humiliter de se sentit poeta.

2) Reiskius *ἐστὶ* conjectavit, quod ita suscipit Diadorfius, ut quaedam tamen excidisse posse dicat. Neutra opinatio vera. Non recordabantur locos, ubi ~~relativa~~ [interrogativa] infinitivis praemittuntur. Id hanc habet vim, ut percussionem quandam animi et mirationem indicet. Veluti Lucianus dixit vel qui Philopatridis auctor est sub fin. *Ἐδυσχέραινον γὰρ τί τοῖς τέκνοις καταλιπεῖν;* Dionysius Halic. Antiqq. VI, 26. p. 1099. *Καθεζομένη καὶ τίνας εἶναι δυνάμεις τὰς ἐξελευσαμένας σκοποῦσα.* Procop. Vandal. II, 4. p. 243, A. *Ἐν ἀπόρῳ εἶχον, ἢ τὸ παρὸν θέσθαι,* vide Lobeckium ad Phrynich. p. 772., qui nec nostrum locum praetermisit. Similiter Sophocles Oed. Col. 48. *πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρᾶν,* v. Hermannum ad Euripidis Alcestidem 81. et

κρὰν, ὡς ἔοικεν, ἀπελθεῖν ὁδὸν μᾶλλον, ἢ περὶ τῶν Σκιαπόδων ἀνήνυτα πραγματεύεσθαι.

III. Ἀλλαχῇ δὲ οὕτω σφόδρα ἔνθεος γίγνεται, ὥστε φαίης ἂν ὅτι οὐδ' οὑτωσὶ κατὰ τὸ ῥῆμα ἔνθεός ἐστιν, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο ὥσπερ θεὸς τῶν ἀπὸ μηχανῆς λέγει·

Εἴπατέ μοι τάδε, φῦλα βροτήσια [1]).
Πρὸς θεῶν, σὺ δ' αὐτὸς ἡμῖν τίς εἶναι φήσεις;

Welckerum quum fugerint ea quae de altero carmine Alcmanis haud scio an uno omnium, quorum memoria non plane exstincta est, maxime memorabili traduntur, nec alius quisquam post eum ad hoc carmen instaurandum appulerit animum: id ego mihi hac commentatione facere proposui. Scripserat igitur Alcman carmen, in quo gloriabundus (καλλωπιζόμενος) enumeraverat permultos populos et eos a commercio vel universae Graeciae vel terrae Laconicae remotissimos, apud quos ipse (h. e. carmina ipsius) essent in honore et laudibus. Mirum mediusfidius: eoque magis, quod illae gentes barbarae maximam partem fuisse videntur et ad quas vix unquam vel nomen cantoris virginalis, nedum carminum gloriam vel penetrasse vel potuisse penetrare opineris. Veluti si nostratium aliquis poetarum carmina sua manibus teri vel iri tritum Kalmukkensium quorundam Hottentottorumve praedicaret. Quid, quod quibusdam illorum populorum ne angulus quidem in orbe terrarum, ubi tuto laterent, concessus fuit? Quidam certe, quorum nonnisi ex peregrinatorum fabellis obscura et ambigua fama percrebuerat, erant in solis scitamentis poetarum. Sed desinamus hoc mirari: ne illud quidem vulgare est, quod homo Graecus saeculo a. Ch. septimo famam suam ultra Graece loquentium terminos ad barbaros evagari vel unquam evagaturam jactavit. Nuper G. Hermannus haec scripsit Opuscc. VI, 1, 116. „Ein griechischer Dichter denkt sich gar nichts anders, denn als σοφία πρόφαντον καθ' Ἕλλανας ἐόντα παντᾷ. Von den Barbaren nehmen sie gar keine No-

---

Walzium Rhett. Grr. IX. p. 726. recentiorum populorum consuetudinem comparantem, ut Anglorum *I know not what to do.*

1) Est fr. VIII. Welcker., qui non debebat dubitare commate distinguere post v. τάδε. Arguit ipsa Aristidis cavillatio. Id feci Delect. fr. 31.

tiz, und etwas, wie *me Colchus et qu dissimulat metum Marsae cohortis Dacus et ultimi noscent Geloni, me peritus discet Iber Rhodanique potor*, ist ihnen fremd [1])."

Alcmanici carminis non videtur tunc meminisse Hermannus. Et tamen antiquitatis Graecae indolem consideranti recte aestimavit. His enim terminis se continent quae poetae Graecorum de sua suorumque carminum immortalitate augurantur, ut popularium suorum cancellos non excedant. In similitudinem adhibeas locutiones Homericas, quibus de clarorum virorum fama sermo est. Hyperbolice si loquitur poeta, *κλέος* ait *οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνειν*: si ad rei veritatem revertitur, vel Ulixis per omnia maria jactati et inter homines barbaros multifariam versati *κλέος εὐρὺ καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος* esse humane et vere loquitur. Transeo Pindarum et Aristophanem: Sappho candido Aeolensium pectore, quo nihil celabat cives suos, quum ne mortuae quidem memoriam ex animis hominum effluxuram praedicat, vel quum haec quadam muliebri jactantia loquitur:

Οὐδ' ἴαν δοκίμωμι προσιδοῖσαν φάος ἀλίω
ἔσσεσθαι σοφίαν παρθένον εἰς οὐδένα πω χρόνον
τοιαύταν,

haec igitur et his similia quum dicit, apud Lesbios suos dicit. Nec in mentem venire poterat dicere, quod dicentem facit Ovidius Epp. XV, 27.

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant,
Jam canitur toto nomen in orbe meum.

Et v. 33:

Sum brevis, at nomen, quod terras impleat omnes

1) Obloquitur l. c. Hermannus conjecturae Seidleri, qui in versiculo Sapphico apud Dionem Chrys. Orat. Corinth. XXXVII, II, p. 128. Rsk. — nisi Phavorini potius ea oratio dicenda est cum Emperio —:

Μνάσασθαί τινά φαμι καὶ ἕτερον ἀμμέων

non acquievit in emendatione *καὶ ὕστερον*, quae *θείᾳ μοίρᾳ* obtigit Magno Volgero, sed *κὤτερον* scribendum arbitrabatur. Potuisse enim aliquid praegredi, quo *καὶ* spectaret, veluti: *non modo sodales vel populares.* Cum Seidlero facit Emperius in dissertatione De Orat. Corinth. p. 24. Brunsvigae 1835. edita. Unice vera Hermanni ratio, v. Delect. nostr. fr. 81..

Praeteriens verbo perstringam ea quae Dio post allatos Sapphonis et Hesiodi locos adjicit: *Λάθα μὲν γὰρ ἤδη τινὰς καὶ ἑτέρους ἔσφηλεν καὶ ἐψεύσατο, γνώμη δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν οὐδένα.* Fidem facit vox *λάθα* respici a Dione verba poetae Dorici Aeolensisve. Pindaricum quendam colorem mihi videor agnoscere.

Est mihi: *mensuram nominis ipsa fero.*

Poeta nempe Romanus in sua aetate et ratione gentis suae defixus eodem modulo poetriam Lesbiam metitur. Quippe Romani notitiam operum suorum propagaverunt ultra fines Italiae, quatenus orbis terrarum patebat subjectus dominis Romanis et Romanorum literis donatus. Sic Ovidius de semetipso vere vaticinatus est in fine Metamorphoseon:

Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira nec ignes
Nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas.
Quum volet illa dies, quae nil nisi corporis hujus
Jus habet, incerti spatium mihi finiat aevi;
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar nomenque erit indelebile nostrum;
Quaque patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perque omnia saecula fama,
Si quid habent veri vatum praesagia, vivam.

Quibuscum compara Tristt. III, 7, 51. Nec immerito Martialis VIII, 61.

Livet Carinus, rumpitur, furit, plorat,
Et quaerit altos, unde pendeat, ramos:
Non jam quod orbe cantor et legor toto
Nec umbilicis quod decorus et cedro
Spargor per omnes, Roma quas tenet, gentes:
Sed quod sub urbe rus habemus aestivum.

Quid appellem plures? Unum addo. Is qui satis magniloquo ore Cyrno suo immortalitatem auguratur, Theognis Megarensis, disertis verbis Graeciam nominat et insulas Graecas, v. 247 sqq.

Κύρνε, καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος ἠδ' ἀνὰ νήσους,
ἰχθυόεντα περῶν πόντον ἐπ' ἀτρύγετον,
οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφήμενος, ἀλλά σε πέμψει
ἀγλαὰ Μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων·
πᾶσι γὰρ οἷσι μέμηλε καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδὴ,
ἔσῃ ὁμῶς, ὄφρ' ἂν γῆ τε καὶ ἠέλιος.

Verum, ut rumpam ambages, ne Alcman quidem fines popularium suorum transsiluerat. Nempe festivissimus poeta, qui saepiuscule de se rebusque suis per carmina nativo quodam lepore jocari amat, per lusum et deridicu-

lum **r e m o t i s s i m a s   e t   v e l   f a b u l o s a s   g e n t e s   c o n d e n s a v i t ,   n o n   q u a s i   s e r i o   a g e r e t ,   s e d   u t   r i s u m   c a p t a r e t.** Similiter ille virgines Lacônicas de se, si recte judicavi, mortuo haec praedicantes finxit:

Οὐκ ἦς ἀνὴρ ἄγροικος οὐδὲ σκαιὸς,
οὐδὲ παρὰ † σοφοῖσιν οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος,
οὐδ' Ἐρυσιχαιὸς Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν,
ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἀκρᾶν (fr. 8. Del. nostr.).

Aristides autem vel crassius interpretabatur Alcmanem vel sciens in caussae suae consortium detorquebat quae ipsi excusando commoda esse possent. Quamquam Alcmanis simulatio etiam aliorum videtur mentis aciem praestrinxisse. Nam quum mirifico illo carmine *τερατολογῆσαι* visus esset ultra Odysseam, quae initium *τερατολογιῶν* exstiterat Graecis post ab aliis cupide celebratarum: exorti Grammatici sunt, qui — ingratiis quidem Aristidi — desudarent in indagandis sedibus eorum populorum, quos ab Alcmane congregatos vidissent. Et, si satis ex rei veritate locutus est Aristides, ad ipsius usque aetatem, h. e. alterum post Chr. nat. saeculum, eae quaestiones agitatae sunt. Nos unius novimus vel Grammatici vel Historici labores in hanc quaestionem consumptos, Alexandri Polyhistoris [1]). Ex cujus libro *π ε ρ ὶ   τ ῶ ν   π α ρ' Ἀ λ κ μ ᾶ ν ι   τ ο π ι κ ῶ ς   ἱ σ τ ο ρ η μ έ ν ω ν* vel *ε ἰ ρ η μ έ ν ω ν* quaedam fonte indicato duxit Stephanus Byzantius, plura tacite derivavit. Nos vero vix fallemur, si illum libellum et si quos similes vidit antiquitas, ex hoc potissimum carmine largissimam explicationum suarum materiam hausisse conjecerimus. Quamquam erat quidem in aliis etiam quod explicatione egeret Geographorum. Superest ut circumspiciamus, num quid ex fragmentorum Alcmanicorum farragine ad id de quo agimus carmen et posse videatur revocari et debere.

---

1) Alexander Milesius, si fides Suidae, sin Stephano et Etymologici Magni auctori (h. e. Symeoni, *τῷ μεγάλῳ γραμματικῷ*) Cotyaeus, Cornelii cognomen accepit a Corn. Lentulo, cujus liberos erudivit *αἰχμαλωτισθείς*. Vixit Ol. CLXXIII. temporibus Sullae. Patet quum ex iis quae infra apposui, tum ex iis quae de India gentibusque et terris barbaris conscripsit, fidem habuisse mirabilibus istis populis Alcmanicis et similia narrare pro veris solitum fuisse. Nimirum *ἦν γραμματικὸς τῶν Κράτητος μαθητῶν*, ut ait Suidas. Dixit de Alexandro post Vossium de Hist. Grr. p. 167 sq. Westerm., Clintonus Fastt. Hell. III, 538 sqq.

'Alexander Polyhistor, fuit Milesius. Alexander [illegible] [illegible] [illegible] Philosophi praeceptor, Cotyaensis, de quo nuper dixit [illegible] [illegible] p. 8 sqq.'

I. *Sciapodes* memoravit Alcman. Sic Aristides testari videtur. De quibus ex Ctesia haec refert Plinius Nat. Hist. VII, 2. Hominum genus, qui Monocoli vocarentur, singulis cruribus, mirae pernicitatis ad saltum: eosdemque *Sciapodas* vocari, quod in majore aestu humi jacentes resupini umbra se pedum protegant. Non longe eos a Troglodytis abesse. Eosdem Sciapodas teste Steph. Byz. Hecataeus *ἐν περιηγήσει Αἰγύπτου* (fr. 265. Klausen.) vocaverat *ἔθνος Αἰθιοπικόν*. Scylax contra Caryandensis in Indiam removit: v. Tzetz. Chill. VII, 629 sqq. (Scylac. Peripl. frr. p. 257, 12. Klausen.) cll. Philostrati Vit. Apoll. Tyan. III, 14.:

Καρυανδέως Σκύλακος ὑπάρχει τι βιβλίον,
περὶ τὴν Ἰνδικὴν γράφον ἀνθρώπους πεφυκέναι
οὕσπερ φασὶ Σκιάποδας, καί γε τοὺς Ὠτολίκνους·
ὧν οἱ Σκιάποδες πλατεῖς ἔχουσιν ἄγαν πόδας
καιρῷ τῆς μεσημβρίας δὲ πρὸς γῆν καταπεσόντες
τοὺς πόδας ἀνατείναντες σκιὰν αὐτοῖς ποιοῦσιν.
Μεγάλα δ' οἱ Ὠτόλικνοι τὰ ὦτα κεκτημένοι
ὁμοίως σκέπουσιν αὐτοὺς τρόπῳ τῶν σκιαδείων.

Idemque Tzetza paullo post eundem Alexandrum Alcmanicum reponit in iis, quibus de veritate istarum fabellarum haeserit persuasio:

Ὅτι δ' εἰσὶ τῶν ἀληθῶν, ἄλλοι φασὶ μυρίοι
τοιαῦτα καὶ καινότερα θεάσασθαι ἐν βίῳ,
Κτησίας καὶ Ἰάμβουλος, Ἰσίγονος, Ῥηγῖνος,
Ἀλέξανδρος Σωτίων τε καὶ ὁ Ἀγαθοσθένης
Ἀντίγονος καὶ Εὔδοξος, Ἱππόστρατος, μυρίοι.

Ut autem Alcman, si rem recte aestimavimus, festive Sciapodes commemoravit, sic comoediae veteris Atticae poetae in jocum detrahunt Umbripedes: nos Utopiis fere eundem locum concedimus. Sic Aristophanes Avv. 1553.

Πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν λί-
μνη τις ἔστ', ἄλουτος οὗ
ψυχαγωγεῖ Σωκράτης.

Scholia: *ἐπειδὴ λιτοί εἰσιν οἱ φιλόσοφοι καὶ ἄτροφοι, διὰ τοῦτο τοὺς Σκιάποδας παρέλαβεν· μυθευόμενον δέ τι*

καὶ τοῦτο τὸ γένος ἐστίν. Archippus, item veteris comoediae Atticae poeta, in Libyam ablegaverat: Photius 519, 24. *Σκιάποδες: Λιβυκὸν ἔθνος· οὕτως* Ἄρχιππος.

Verum, ut fateamur quod res est, Alcman ipse illum populum non Sciapodum, sed *Steganopodum* nomine vocaverat. Locuples auctor Strabo I, 43. (115. Siebenk.) qui contra Apollodorum Atheniensem disputans: Τὰ *μὲν γὰρ* Ὁμήρου, ait, *τὰ περὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Αἴγυπτον παρατίθησιν ἄγνοιαν αἰτιώμενος, ὡς λέγειν μὲν τὰ ὄντα βουλομένου, μὴ λέγοντος δὲ τὰ ὄντα, ἀλλὰ τὰ μὴ ὄντα κατ' ἄγνοιαν.* Ἡσιόδου *δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν,* Ἡμίκυνας *λέγοντος καὶ* Μακροκεφάλους *καὶ* Πυγμαίους· *οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ* Ὁμήρου *ταῦτα μυθεύοντος, ὧν εἰσὶ καὶ οὗτοι οἱ* Πυγμαῖοι, *οὐδ'* Ἀλκμᾶνος *Στεγανόποδας ἱστοροῦντος, οὐδ'* Αἰσχύλου Κυνοκεφάλους *καὶ Στερνοφθάλμους καὶ* Μονομμάτους. Ὅπη *γε οὐδὲ τοῖς πεζῇ συγγράφουσιν ἐν ἱστορίας σχήματι προσέχομεν περὶ πολλῶν κἂν μὴ ἐξομολογῶνται τὴν μυθογραφίαν. Φαίνεται γὰρ εὐθὺς, ὅτι μύθους παραπλέκουσιν ἑκόντες, οὐκ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων, ἀλλὰ πλάσει τῶν ἀδυνάτων τερατείας καὶ τέρψεως χάριν.* Haec ultima in Alcmanem potissimum cadere sententiamque nostram eximie juvare facile est ad intelligendum. Recurrit Strabo ad eosdem versus VII, 299. (357. Siebenk.) Οὐ *θαυμαστὸν εἶναι περὶ* Ὁμήρου· *καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν·* Ἡσίοδον *μὲν* Ἡμίκυνας *λέγοντα καὶ* Μεγαλοκεφάλους *καὶ* Πυγμαίους· Ἀλκμᾶνα *δὲ Στεγανόποδας·* Αἰσχύλον *δὲ* Κυνοκεφάλους *καὶ* Στερνόφθάλμους *καὶ* Μονομμάτους *καὶ ἄλλα μυρία.* Ἀπὸ *δὲ τούτων ἐπὶ τοὺς συγγραφέας βαδίζει* Ῥιπαῖα *ὄρη λέγοντας κτλ.*, cfr. Heynii Apollodor. I, p. 419. Apollodori narrationem accuratius persequitur Tzetza l. c. v. 759 sqq.

Τὰ *εἰρημένα γράφουσιν ὡς ἀτρεκῆ μὲν πάντες,*
ὁ δέ γε Ἀπολλόδωρος *δευτέρῳ καταλόγου*
τέρατά τε καὶ πλάσματα οἴεται, γράφων ὧδε·
„Ἡμίκυνες, Μακρόκρανοι [1]) *καὶ οἱ* Πυγμαῖοι *πλάσμα*

---
οὐδεὶς γὰρ ὢν ἄθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ·
ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν.

Emendata scriptura. 1. τοσῷδε

COMMENTARII.

TITULUS I.

Περὶ λόγου καὶ φρονήσεως.

Aliqua certe ordinis literarum elementaris memoria in hoc titulo videtur custodita esse. Exorditur Orio a sententiis Euripidis, poetae sententiosissimi, ita, ut si excipias locum Orestis 2., fabularum elogia ordinem literarum servent: 1. Antigona, 2. Alexander (?), 4. Hecuba, 5. Ino, 6. Palamedes, 7. Rhesus, 8. Phoenissae. Sed post Pindarum rursus Scyriae sequuntur, 16. Orestes. Fortasse ex eo, quod ad Scyrias nomen poetae adscriptum non est, colligas, de loco suo versus illos motos esse. Menandrei loci recte procedunt: 11. Arrhephoros, 12. *Πωλούμενοι*, 15. *Ῥαπιζομένη*, 17. *Στρατιῶται* — ecce recalcitrant 18. *Κωνεαζόμεναι*, 19. *Γεωργός*. Homeri Hesiodique sententias universe notabis Euripideas Menandreasque solere subsequi. Cum illis aliorum poetarum versus heroici et elegiaci componuntur.

1. *Antigonae* fragmentum II. apud Matthiam et Dindorfium, qui, quod in Praefatione Poetarum Scenicorum vindicat, *ἱρὸν* dedit. Sententiam illustrant Musgravius et Pflugkius ad Helen. v. 1002.

2. *Orestis* v. 628 sq., ubi editur *μή νυν* et altero versu *βουλεύου τότε*. Augusto Matthiae *νῦν* aptius videtur, cui sequens *τότε* respondeat. In uno codice Florentino repertum est quod Orio praebet *τάδε*, cui tamen eadem manus superscripsit *τότε*. Difficile est eligere: nam et *μὴ νῦν* et *τότε* recte habent nec *μή νυν* et *τάδε* ab indole loci Euripidei abhorrent, denique nec *μὴ νῦν* et *τάδε* jure vituperaveris. Certe *πρόσθε* non desiderat addi *τότε*. Encliticae *νυν* amantiores fere editores esse disputant Lobeckius in Soph. Ajacem 1332. et Lehrsius Quaestt. Epic. p. 130 sq.

3. Titulum fabulae non satis certo expedio. Sed elementa codicis videntur ad *Ἀλεξάνδρου* ducere. Sententia aliunde mihi non nota. Ceterum Schubarti Apographum *ἐξ* ha-

bet suo loco, sed fabulae titulum in margine. Credo non quod in codice ita repperit, sed ut ductus literarum accuratissime exprimeret.

4. *Hecubae* v. 226 sq. Porsonus et qui post eum ediderunt illam fabulam σοφόν τοι scripserunt ex codice Augustano b et Eumathio, quibus Matthiae addidit auctoritatem codd. Florentinorum 10. 21. 33. 34. Mihi τι et aptius et a librorum testiumque fide magis communitum videtur.

5. *Inonis* fr. III. Alterum versum qui afferunt scriptores ὅπου δεῖ exhibent omnes. Nec imiter Orionem, quum Euripides Aeschyleum illum versum expresserit ex Prometheo Ignifero:

Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια.

Socium tamen noster Grammaticus habet — non raro enim δεῖ et χρὴ confligunt — Anonymum in Walzii Rhett. III. p. 643., qui alterum versum sic scriptum apponit:

Σιγᾶν ὅπου χρὴ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.

Contra ἃ μὴ πρέπει versu tertio non repudiem: reliqui ἃ μὴ χρεὼν sistunt. Quod ex primo versu irrepsisse videtur.

6. *Palamedis* fr. VI., quod sic editur:

Ὅστις λέγει μὲν εὖ, τὰ δ' ἔργ' ἐφ' οἷς λέγει
αἴσχρ' ἐστὶν αὐτοῦ, τοῦτον οὐκ αἰνῶ ποτέ.

Exquisitiora Orio. Constructionis inversione ne offendare, compara Panyasin fr. 16, 1. ἀρετή νύ τις ἔστι καὶ αὕτη Ὅς κ' ἀνδρῶν πολὺ πλεῖστον ἐν εἰλαπίνῃ μέθυ πίνῃ. Aristophanes Thesmoph. 177. Σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ Πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν λόγους. Cfr. Meinekium Menandr. p. 107 sq., qui praeterea affert Gellii Ennium Noctt. Att. VII, 17.

Ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat.

7. *Rhesi* v. 206.

8. *Phoenissarum* v. 525. Porsonus ἐξαίρει: ἐξαιρεῖ strenue vindicavit Matthiae.

9. *Pindari* Nem. I, 26.

10. *Scyriarum* fr. III.

11. Exstat versiculus in Sententiis Singularibus 26. p. 312. Meinek. Idem affertur apud Maximum p. 278. pen. et in Appendice Stobaei Florentina p. 69, 23. Ex Ἀῤῥηφόρῳ esse non constabat. En ... 4 91(8).

12. Plenius fragmentum exstat apud Clementem Alex. Stromm. VI. p. 264. (Meinek. p. 150.) *Καλλίᾳ τῷ κωμικῷ γράφοντι·*

Μετὰ μαινομένων φασὶν χρῆναι μαίνεσθαι πάντας ὁμοίως,
Μένανδρος ἐν Πωλουμένοις παρισάζεται λέγων·

Οὐ πανταχοῦ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρόν,
καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ.

In Sententiis Singularibus 54. p. 338. Meinek. exstat prior versiculus sic scriptus:

Οὐ πανταχοῦ δ' ὁ φρόνιμος ἁρμόττειν δοκεῖ. Cf 417

13. 14. *Platonis* fabula *Ζεὺς κακούμενος* inscribitur. Ejusdem erroris, quo id in *καλούμενος* abiit, non immunes sunt alii vel scriptores vel librarii, velut apud Athenaeum aliquoties delinquunt. Etiam in Andronici recensu fabularum Platonicarum a Bekkero edito Anecdd. III. p. 1461. *Ζεὺς καλούμενος* citatur, v. Meinek. Quaestt. Scenn. II. p. 17.

In aliqua parte ejus fabulae nescio quis ex vocis *γλώττης* variis significationibus risus captabat. Compara Athen. XV. p. 677, A. *Σὺ δὲ οἴει μ', ἔφη, Θετταλὲ ποικιλόμυθε, τῶν κοινῶν τούτων καὶ καθημαξευμένων ἐρεῖν τι; διὰ δὲ τὴν σὴν γλῶσσαν τῆς ὑπογλωττίδος μνησθήσομαι, ἧς Πλάτων ἐμνήσθη ἐν Διῒ κακουμένῳ·*

Καίτοι φορεῖτε γλῶτταν ἐν ὑποδήμασι,
στεφανοῦσθ' ὑπογλωττίσιν, ὅταν πίνητέ που,
κἂν καλλιερῆτε, γλῶτταν ἀγαθὴν πέμπετε.

Nempe *γλῶτταν ἐν ὑποδήμασι lingulam* vocat, *ὑπογλωττίδας* intelligit *πλοκῆς στεφάνων γένος τι*, ut *Θεόδωρος ἐν ταῖς Ἀττικαῖς φωναῖς* teste Pamphilo Athenaei explicabat: denique *γλῶτταν ἀγαθὴν πέμπειν* est i. q. *bona verba dicere, εὐφημεῖν.* Patet autem non procul ab hoc ultimo versu locum habuisse versiculum Orionis:

Γλώττης ἀγαθῆς οὐκ ἔστ' ἄμεινον οὐδὲ ἕν.

Eodem pertinuisse videntur versus qui statim subjunguntur:

Ἡ γλῶττα δύναμιν τοὺς λόγους ἐκτήσατο·
ἐκ τῶν λόγων δ' ἅττ' αὐτὸς ἐπιθυμεῖς ἔχεις.

15. Exstat locus Menandri misere habitus in Incertis fr. LXX. ex Stobaei Floril. III, 7. Gaisford.:

Ἆρ' ἐστιν ἀγαθῶν παμπλείστων αἰτία
ἡ σύνεσις, ἂν ᾖ πρὸς τὰ βελτίω σοφή;

Meinekius: „Pro *παμπλείστων* quid scripserit poeta, fortasse alii eruent. Barbarum est, quod scripsit Grotius, *πανταπλείστων*." Barbarum tamen illud nulla scripturae discrepantia ex libris annotata edidit Gaisfordius. In Addendis Meinekius p. 585. conjecturam proponebat hanc sanequam sagacem:

Ἄρ' ἔστιν ἀγαθῶν, Πάμφιλε, πλείστων αἰτία.

Fluctus iam componit Orio.

16. *Euripidis Orest.* 245., ubi vide Porsoni notam. Pro Orionis scriptura *σύ τοι* editur *σύ νυν*: nam *σὺ νῦν* libri Euripidis et Stobaeus atque Eustathius. Cum Orione tamen *σύ τοι* Plutarchus Morall. II. p. 88, C.

17. Eo jucundius hoc fragmentum aliunde non notum, quia praecidit litem quae est inter homines doctos de fabulae Menandreae titulo agitata. Audi Meinekium p. 156. sic disputantem:

Οὐδεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων πόσον
ἁμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὕστερον δ' ὁρᾷ.

„Servavit Stobaeus Serm. IV. p. 52. Gesner. ubi deest fabulae titulus, quem e Codd. adjecisse videtur Grotius. 'Quae praeterea e Plutarcho ad hanc fabulam Clericus fragmenta retulit, ea ad alias quasvis fabulas, in quibus militum partes fuerunt, referri posse, monuit Boettiger. Spec. Terent. p. 60., falsus tamen in eo, quod hanc fabulam *Στρατιωτῶν* nomine inscriptam e Clerici cerebro natam credidit, *quamquam ejus fidem admodum incerta auctoritate niti non negem.* Tetigit hanc caussam Wyttenbachius ad Plutarch. de Adul. et Amic. p. 62, E., qui titulum Grotianum *Στρατιώταις* corruptum esse suspicatur e vero *Στρατιώτῃ*, quam ille fabulam non diversam fuisse a Misumeno conjicit. Atqui docere debebat Misumenum sub Militis titulo ab ullo unquam scriptore laudatum esse. Probabilius videri possit illud *Στρατιώταις* corruptum esse e *Συναριστώσαις*."

Haec Meinekius. Grotium ex Stobaei codice optimo A reposuisse *Στρατιώταις* docet Gaisfordii editio, in qua est IV, 7. Nunc Orio firmum tituli fabulaeque fulcrum. Verba autem videntur esse alicujus nescio quem commonentis, ut secum tacitus potius consilia ineat de eo quod conducere videatur, quam tumultuans et vociferans. An *ὁρμῶν τι*, *aliquid volens?*

18. Ex hoc quoque testimonio dupliciter proficimus.

Nam primum eximie confirmatur Meinekii quaedam conjectura, qui Menandr. p. 102. posito titulo fabulae *Κονιαζόμεναι* sic disputat: „Ita Margo Stobaei Gesner. Serm. CVI. p. 568. ubi hoc Menandri fragmentum servatum est:

Ὥστε μηδεὶς πρὸς θεῶν
πράττων κακῶς λίαν ἀθυμήσῃ ποτέ·
ἴσως γὰρ ἀγαθοῦ τοῦτο πρόφασις γίνεται.

Idem locus in Grotii Floril. exhibetur Titul. CVIII. p. 454., sed omisso fabulae elogio, quod an recte in *Κονιζόμεναι*, *Luctatrices* mutarit Clericus, vehementer dubito. Fortasse *Κωνειαζόμεναι cicutam bibentes*." *Κονιαζομέναις* teste Gaisfordio repertum est in codice A, v. Floril. CVIII, 48. Fabulae verum titulum praeter Orionem vindicamus altero testimonio, quo Meinekio uti nondum licebat. Nam Scholiasta Clementis Alexandrini T. IV. p. 103. Klotz. haec tradit: *Ἐπιμενίδης ἦν Κρὴς τῷ γένει καὶ σοφώτατος, οὗ καὶ Μένανδρος μέμνηται Κωνεαζομέναις.* Mirus consensus in scriptura *Κωνεαζόμεναι*, quae forma num usitata fuerit a doctioribus edoceri velim.

Verum alterum quoque nos inde lucrari dicebam. Id hoc est. Alia enim fabula, cujus titulus *Κοτταβίζουσαι* fuisse fertur, nulla unquam fuit. Certe fontes nostros si consideramus. Meinekius p. 103. sub *Κοτταβιζουσῶν* inscriptione exhibet hos versus:

Τὸ γνῶθι σαυτὸν ἔστιν ἂν τὰ πράγματα
ἴδῃς τὰ σαυτοῦ καὶ τί σοι ποιητέον.

At eosdem esse ex *Κωνειαζομέναις* docet Orio. Scilicet apud Stobaeum Floril. XXI, 2. Schowii codices perspicue *Μενάνδρου ἐκ Κοτταβιζουσῶν* dicuntur exhibere. Grotius cur solo Menandri nomine apponendo contentus fuerit docet farrago variantium lectionum a Gaisfordio congesta. Nam *Μενάνδρου Κοτταβιζούσαις fere* exhibere dicuntur codices B et Vossianus: Gesnerus *Menandri in Catazom.* adscripserat: propius a vero abest optimus codex A, in quo *Μενάνδρου κωναζομ/οις* exstat. Ceterum quod Meinekius *εἰδῇς* scribendum dicit, falli videtur. Eodem significatu positum *ἴδῃς* quo 17, 1. *ὁρῶν* (?) et altero versu *ὁρᾶται*. Est enim *mentem in aliquam rem intendere, explorare.*

19. Haec quoque nova sunt. Pertinent autem ad ora-

tionem ipsius illius hominis rustici, unde inscriptio fabulae ducta est. Idem loquitur haec apud Stobaeum Floril. LV, 5. (apud Meinek. p. 36.)

Ἀγρὸν εὐσεβέστερον γεωργεῖν οὐδένα
οἶμαι· φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλά,
κιττόν, δάφνην· κριθὰς δ' ἐὰν σπείρω, πάνυ
δίκαιος ὢν ἀπέδωχ', ὅσας ἂν καταβάλω.

Versu tertio pro vulgato κριθάς τ' ἐὰν ex codd. AB δ' ἐὰν scripsi: quanquam ii δ' ἂν exhibent. Huc pertinet memoria Scholiastae Aristidis p. 205. Frommel. Ἀντὶ σπόρου καὶ Μένανδρος (utitur voce καταβαλεῖν)· Τὰ δ' ἄλλ' ἄν τις καταβάλῃ. Apogr. τἄλλα θ' ἄν τις καταβάλῃ. Scribe: Τὰ δ' ἄλλ' ἐάν τις καταβάλῃ.... Hoc dicit rusticus: *Flores diis caros fert ager: hordeum autem reddit eadem mensura qua accepit, reliquas autem fruges si quis severit*, ne eadem quidem reddit mensura. Nempe hordeo abundabat Attica, tritico et rell. non item.

Fortasse eidem *Γεωργῷ* vindicanda quae sunt apud Stobaeum Floril. LV, 1. (fr. inc. CLXXIV. Meinek.)

Ὁ τῶν γεωργῶν ἡδονὴν ἔχει βίος,
ταῖς ἐλπίσιν τὰ δεινὰ παραμυθούμενος.

Legebatur τἀλγεινὰ: dedi quod suppeditavit codex A. In alio fragmento hujus fabulae quod est p. 36. Meinek.

Ἐμβεβρόντησαι γελοῖον, ὅς κόρης ἐλευθέρας
εἰς ἔρωθ' ἥκων σιωπᾷς καὶ μάτην ποιουμένους
περιορᾷς γάμους σεαυτῷ

Heringa non male πονουμένους conjecit. Sed apud Walzium Rhett. V. p. 525. ex Sic. alia affertur scriptura: ὡς μάτην ποθουμένης omissis versus tertii verbis. Hinc καὶ μάτην ποθουμένης scribendum suspicor.

Ceterum apud Menandrum Orionis frustra versu primo ἀγροῖκος desideraveris, vide Goettlingium de Accent. p. 321 sq. Quanquam fr. inc. CCLIII. p. 265. Meinek. exstat:

Ἀγροῖκος εἶναι προσποιῇ πονηρὸς ὤν,

quem versum non improbabile est ad nostram fabulam spectare.

20. *Aristophanis Ranarum* 533 sqq. Editur μετακυλινδεῖν αὐτόν.

21. *Aristophanis Avium* 1447 sqq.

22. Eximia sententia Phocylidis nec ab alio scriptore prodita est nec in carmine νουθετικῷ reperitur. Ut non du-

bitandum videatur de auctore Milesio. Fortasse Phocylidea sententia obversabatur Epicharmo, qui fr. inc. XXXVII. Polman-Kruseman. scripsit:

Αἴτε τι ζατεῖ σοφόν τις, νυκτὸς ἐνθυμητέον.

Et rursus:

Πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται.

Legebatur *ζητεῖ*. In Menandri Sententiis Singularibus fertur versiculus 150. p. 318. Meinek.

Ἐν νυκτὶ βουλὴ τοῖς σοφοῖσι γίγνεται.

Ceterum Phocylidis reliquiis in Delectum meum receptis aggregandi tres eximii versus; primum versiculus a Diogeniano IV, 39. appositus:

Δίζεσθαι βιοτὴν, ἀρετὴν δ᾽ ὅταν ᾖ βίος,

quem Phocylideum esse cll. Plat. Rep. III. p. 407, A. vidit Leutschius. Scribendum *δίζησθαι* et addendum *ἀσκεῖν*. Tum duo versus qui in Appendice Stobaei Florent. prostant p. 10, 10. Gaisford. *Φωκυλίδου·*

Πολλοί τοι δοκέουσι σαόφρονες ἔμμεναι ἄνδρες,
σὺν κόσμῳ στείχοντες, ἐλαφρόνοοί περ ἐόντες.

Parechesis alterius versus ne scrupulum injiciat, confer exempla Homerica apud Nitzschium in Odyss. I, 40. Suspiciosior Tyrwhittus fuit, qui in Praefatione Orphei Lithicc. p. V. duo tantum statuebat veri Phocylidis fragmenta servata esse apud Stobaeum LXXIII, 60. et LXXXVII, 2. (in Delectu nostro fr. 3. 4.) At injuria damnavit fr. Stobaei LVI, 6. (Del. 2.)

Etiam in carmine *νουθετικῷ*, propter cujus *νοθείαν* omnis ista suspicio gliscit, esse multa praeclara et vetusto poeta digna quivis sentiet. Et summis laudibus extulit summus vir Iosephus Scaliger. Nec pauca insunt, quae vetustiorem aetatem sapiunt. Eaque non dubito ad ipsum Phocylidem referre. Genuina fere dialectus Ionica et nitor quidam et elegantia sermonis produnt. Quae quaestio accuratius tractabitur alio tempore.

23. *Homeri Iliad. Ψ*, 315 sqq. Versu 317. *ἐρεχθομένην* vulgata scriptura est. Scholia Veneta alteram lectionem commemorant *ἐεργομένην*. Utram exprimere voluerit Orio haereas. Sed *ἐεργομένην* tamen probabilius est.

24. *Hesiodi Opp. et D.* 293 sqq., ubi sic edidit Goettlingius:

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,

φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω·
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὅ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Versu 293. *αὐτὸς* scriptum oportet, ut alii recte ediderunt. Et sic posuit Lehrsius Quaestt. Epp. p. 243. Versu 297. Orio hominum doctorum emendationem confirmat, qui pro vulgato *ὃδ'* substituerunt *ὅ δ'*. Si modo talia testibus indigent. Praeterea notabile est, versum 294. ab Aristide, Clemente, Eustathio praetermissum suo loco exhiberi ab Orione.

25. Hesiodi versum ad carmen quod *Χείρωνος ὑποθῆκαι* inscriptum erat rettulit Goettlingius fr. CXVIII. Gaisfordio est fr. LXII. Affert Scholiasta Theocriti XI, 75. *Ἡσίοδος·*

Νήπιος, ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν τἀνέτοιμα διώκει.

Et sine nomine auctoris Plutarchus Morall. II. p. 505, D. Gaisfordius et Goettlingius addiderunt *γ'* inter vv. *τὰ ἕτοιμα*, sed uncinis inclusum. Hiatui ne metuas, vel oppositionis libertas cavet. Ad Chironis *ὑποθήκας* quoniam sententiosus versus est, non continuo rettulerim. Sententiam expressit cujus versus est in Sententiis Singularibus Menandreis 18. p. 312. Meinek.

Ἀφεὶς τὰ φανερὰ μὴ δίωκε τἀφανῆ.

Parergon I.

Spicilegium Hesiodium.

Hoc loco paullulum exspatiabor. Nam quum post ea, quae ante aliquot annos in reliquias carminum Hesiodiorum commentatus sum, succreverint quaedam nova ab Goettlingio praetermissa, quid vetat natura hujus annotationis ea expromere? Sed ea quae Hermannus in Opuscc. T. VI. praeripuit nolui recoquere.

1. Aegimii fr. IV.:

Καί οἱ ἐπίσκοπον Ἄργον ἵει κρατερόν τε μέγαν τε
τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα,
ἀθάνατον δὲ οἱ ὦρσε θεὰ μένος, οὐδέ οἱ ὕπνος
πῖπτεν ἐπὶ βλεφάροις, φυλακὴ δ' ἔχεν ἔμπεδον αὐτόν.

Tertio versu unde *ἀθάνατον* petierit Goettlingius nescio. In Scholiis Euripidis et apud Tzetzam in Iliad. p. 153, 22. — quem neglexit Goettlingius — est *ἀκάματον* verissime. Et

sic Gaisfordius fr. XLVII. In fine quarti versus Scholiorum codices Aug. et Taurin. *φυλακὴ δ' ἔχεν* (Taur. *ἔσχεν*) *ἔμπεδος αἰεί*: Tzetza *ἔμπεδον αἰέν*. Scribe *ἔμπεδον αἰεί*.

2. Fr. CL. (LXIX. Gaisford.);

Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

In Provv. Coislinianis 132. Gaisf. est: *Εἰ πάθοι, τά γ' ἔρεξε, δίκη δ' ἰθεῖα γένοιτο: ἐπὶ τῶν ἀντιδιδόντων τιμωρίαν ἐφ' οἷς ἔπραξαν.* Scripsit Hesiodus:

Εἴκε πάθοι τάτ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

Sententiam illustrat Stanlejus in Aeschyli Choeph. 311. —

3. Frustra quaesiveris haec Strabonis IX. p. 393. (603.) *Ἐκαλεῖτο (ἡ Σαλαμίς) ἑτέροις ὀνόμασι τὸ παλαιόν· — καὶ Κυχρεία· — ἀφ' οὗ δὴ καὶ Κυχρείδης ὄφις, ὅν φησιν Ἡσίοδος τραφέντα ὑπὸ Κυχρέως ἐξελαθῆναι ὑπὸ Εὐρυλόχου, λυμαινόμενον τὴν νῆσον, ὑποδέξασθαι δὲ αὐτὸν τὴν Δήμητραν εἰς Ἐλευσῖνα καὶ γενέσθαι ταύτης ἀμφίπολον.* Intempestiva interpretatione Hesiodiam narrationem infuscavit Stephanus Byz. s. v. *Κυχρεῖος πάγος· περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύκρῳ* (fr. 506. Dindorf.)· *ἀπὸ Κυχρέως τοῦ Σαλαμῖνος καὶ Ποσειδῶνος, ὃς ὄφις ἐπεκλήθη διὰ τὴν τραχύτητα τῶν τρόπων· ὃν λυμαινόμενον τὴν νῆσον ἀπήλασεν Εὐρύλοχος· ἐδ'ξατο δ' ἐν Ἐλευσῖνι Δημήτηρ καὶ ἀμφίπολον ἐποίησεν· ὑπ' αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Σαλαμὶς Κυχρεία ἐκλήθη, ὡς Στράβων.* Euphorio *ἐν Ἱππομέδοντι* apud Tzetz. Lycophr. 451. (fr. XVIII. Meinek.) Cychrea regem Salaminis fecerat. Alii Cychrea *Ὄφιν* regem Salaminium interfecisse tradiderunt, unde ipse regnum adeptus fuerit, v. Etym. M. p. 707, 42. Adde Apollod. III, 12, 7. —

4. Et. M. p. 430, 56. (Hermann. Opuscc. VI. p. 267. nr. CLXX.) *Ἠμύω: ἐκ τοῦ μύω, πλεονασμῷ τοῦ η̄· ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀμύοντα χαμᾶζε εἶπε διὰ τοῦ ᾱ.* Dixit de his formis Wernickius ad Tryphiodorum p. 56 sq. Integrum versum Hesiodium sine nomine tamen auctoris praebent Ann. Oxx. I. p. 85, 15. *Τὸ ᾱ* (vocis *ἀσφάραγος*) *κατὰ πλεονασμόν, ὡς τὸ στεροπὴ παρὰ τὴν στέρησιν τῆς ὄψεως, καὶ ἀστραπή, καὶ ἀμύειν δὲ τὸ ἐπιπεκτωκέναι·*

Πολλὰ δ' ἀπὸ χλωρῶν δενδρέων ἀμύοντα χαμᾶζε,

ἀντὶ τοῦ μύοντα. — Cfr. Theocr. VII, 145. *Τοὶ δ' ἐκέχυντο*

Ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε.

5. Probus in Virgilii Georg. I, 18. *Adonis, ut Hesiodus ait, Phoenicis et Alphesiboeae, Agenoris Choantis, qui Syriam Arabiamque tenuit imperio, ut Antimachus ait; regnavit in Cypro, ut Philostephanus in libro, quo quaestionis poeticae reddidit caussas.* Confer Apollodorum III, 14, 3. (Goettling. fr. XLVII.) Inserendum fragmentum post fr. XXXII. In Antimachi notatione *Agenoris Choantis* mirum est. An ille in Graecum sermonem transtulit nomen Agenoris Phoenicicum? Choeroboscus Bekker. Ann. p. 1181. *Ὁ Χνᾶς τοῦ Χνᾶ· οὕτω δὲ ἐλέγετο ὁ Ἀγήνωρ, ὅθεν καὶ ἡ Φοινίκη Ὀχνᾶ* (*Χνᾶ* Goettlingius de Accent. p. 116.) *λέγεται.*

6. Tzetza *περὶ μέτρων* in Crameri Ann. Oxx. III. p. 318, 29. *Τὰ τετρασύλλαβα μέτρα καὶ τὸ ἡρῷον μονοποδίᾳ διποδίᾳ μετροῦνται παρὰ τὸν Ἡφαιστίωνα· ἰαμβικὸς Ἡσιόδου διὰ τὰς κοινὰς δὲ εὕρηται καὶ ἡρῷος·*

Πίσσης τε δνοφερῆς καὶ κέδρου νηλέϊ καπνῷ.

Idem versus recipit sane mensuram iambicam sic scriptus:

Πίσσης τε δνοφερῆς καὶ κέδρου νηλεῖ καπνῷ. —

7. Theonis Progymnasm. apud Walz. Rhett. I. p. 217. *Δεύτερον ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου ἐπιχειρήσομεν, δεικνύντες ὅτι ἀδύνατον τὸ πρᾶγμα οὕτω γενέσθαι, ὥς φησιν ὁ συγγραφεύς, ἤτοι διὰ τὸ μηδόλως πεφυκέναι γίνεσθαι, ἢ διὰ τὸ μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον εἶναι τὰ ἱστορούμενα· οἷον πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε Βούσιριν· κατὰ γὰρ Ἡσίοδον πρεσβύτερος Ἡρακλέους ἐστὶν ὁ Βούσιρις ἕνδεκα γενεαῖς.*

Vix cuiquam credibile videbitur, Hesiodum ipsum id aperte testatum fuisse. Quod quidem esset ejus, qui narrationem eorum, qui de Herculis et Busiridis rebus rettulissent, infringere conniteretur. At id non cadit in poetam Hesiodium. Sed Catalogorum Hesiodorum — ad hos enim Theonis memoria referenda fuerit — is orbis videtur fuisse, ut singuli heroes et complexus heroum ad ordinem quendam aetatum digesti essent. Et sic Busiris ante Herculem positus erat undecim aetatibus. Herculis cum Busiride congressum quis primus exornaverit non constat: nam de Panyaside dubitatur: apud Pherecydem vulgaris narratio et ipsum nomen regis Aegyptii comparet, v. Scholia Apoll. Rhod. IV, 1396., Muelleri Dorr. II. p. 472. et Prolegg. Myth. p. 174. Ad alterum Bu-

siridem Aegypti filium (Apollod. II, 1, 5.) spectare Hesiodi memoriam frustra conjicit Heynius ad Apollod. p. 171. Ceterum non negligendus Isocrates in Busiride p. 228. (200. Dindorf.) *Τῆς τε Βουσίριδος ξενοφονίας κατηγοροῦσι καὶ φασὶν αὐτὸν ὑφ' Ἡρακλέους ἀποθανεῖν· ὁμολογεῖται δὲ παρὰ πάντων τῶν λογοποιῶν Περσέως τοῦ Διὸς καὶ Δανάης Ἡρακλέα μὲν εἶναι τέτρασι γενεαῖς νεώτερον, Βούσιριν δὲ πλέον ἢ διακοσίοις ἔτεσι πρεσβύτερον.*

8. Varini Camertis Eclog. p. 361, 4. Dindorf. (Eustath. Il. p. 13, 42.) *Διὰ τοῦ αδης πατρωνυμοῦνται καὶ τὰ εἰς ης κύρια εἰς οῦ ἔχοντα τὴν γενικὴν, οἷον Ἱππότης Ἱππότου Ἱπποτάδης, Βούτης Βούτου Βουτάδης, ἐξ οὗ γένος οὐκ ἀνώνυμον οἱ Ἐτεοβουτάδαι, ὧν ἡ σύνθεσις κατὰ τοὺς Ἐτεόκρητας· ἥν δέ φησι* (Georgius Choeroboscus, ex quo haec hausta: accepta ab Herodiano) *Βούτης υἱὸς Ποσειδῶνος, ὡς Ἡσίοδος ἐν Καταλόγῳ.*

Hoc testimonium nondum quod sciam a quoquam excussum est. Vulgo Butas, a quo et nomen et origo gentis Butadarum ducebatur, Pandionis et Zeuxippae filius fuisse perhibetur, v. Apollod. III, 14, 8. Cum Neptuno ea fabula conjungit Butam, qua Erichthonii nepos celebratur. Erichthonius enim cum Neptuno artissime cohaeret, v. Muellerum de Minerva Poliad. Cap. II. et Epimetr. 1., Bossler. de Gentibus et Familiis Att. Sacerdotall. I. p. 2. Hesiodium carmen cur ab ipso Neptuno genitum fecerit Butam, caussa haec est, quod ex gente Butadarum sacerdotes Minervae et Neptuni Erechthei legebantur. —

Sed redeundum est in viam, hoc est ad Orionem.

26. *Isocratis ad Demonic.* p. 5. (3, 24. Dindorf.) Socratis et Isocratis nominum saepenumero a librariis inter se permutatorum exempla dat Walzius in Rhett. Grr. I. p. 22.

27. *Ibidem* lin. 30. Dindorf.

TITULUS II.

Ordo literarum servatus esse videtur.

1. *Antiopae* versus novus est. Idem autem versus variatus exstat in Sententiis Singularibus Menandri 89. (p. 314. Meinek.)

Γῆ πάντα τίκτει καὶ πάλιν κομίζεται.

Ibidem 539. (p. 334. Meinek.)

Χθὼν πάντα κομίζει καὶ πάλιν κομίζεται.

Et in Supplemento Sententiarum ex Aldo vers. 31. (p. 336. Meinek.)

Ἡ δοῦσα πάντα καὶ κομίζεται φύσις.

Simile dictum est Sophoclis Ajac. 700.

Πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει.

2. *Orestis* v. 126.

3. *Epicharmi* sententiam de iis qui nihil credant nisi quod sensibus percipi possit intelligens Theodoretus de fide I. p. 15. Sylburg. sic scribit: *Καὶ ἴσως τοῖς οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς τὸν ἴαμβον ἐκεῖνον προςήρμοσε·*

Φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι.

Est apud Polman-Kruseman. fr. inc. XXII. p. 90. Rectius Clemens Alexandrinus mentem Comici intellexisse videtur, qui Stromatt. IV. p. 584. Potter. componit cum versibus illis Aristophaneis:

Ἄγε δὴ φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεᾷ προςόμοιοι,
ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ', ἀμενηνοί,
ἀπτῆνες, ἐφημέριοι.

Apud Clementem editur:

Αὕτα φύσις ἀνθρώπων, ἀσκοὶ πεφυσιημένοι.

Sed apud hunc quoque, ut apud Theodoretum, vulgata est *πεφυσημένοι*, quod se correxisse ait Klotzius. Tertium illius ipsius scripturae testem affero Grammaticum Crameri Ann. IV. p. 254, 25. *Ἐπίχαρμος· Φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι.* Klotziana emendatio qualem formam obtrudat poetae ignoro: voluit fortasse *πεφυσιωμένοι* vel Dorice *πεφυσιαμένοι.* Versui includere verba illa nefas duco. Videtur enim apophthegma esse poetae, non ex comoedia excerptum. Poetae erat *πεφυσαμένοι.* At, ait, Theodoretus *τὸν ἴαμβον ἐκεῖνον* vocat. Vel sic versum non esse teneo. Fallitur Pater. Argumento est Orio. Nisi forte post v. *πεφυσωμένοι* alius auctoris nomen excidit. At id parum habet probabilitatis, quum demptis illis prioribus verbis de *φύσει* nihil superesset. Sed poterat aliquid ejusmodi omissione plurium verborum obscurari. —

Nunc quoque paullisper extra oleam vagari animus est.

Comprehendam paucis quae post Exercitt. Critt. VIII. p. 50 sqq. observavi Epicharmea a Polman-Krusemano praetermissa.

Parergon alterum.

Spicilegium Epicharmeum.

1. Troum fr. 1. *Ἐκ παντὸς ξύλου κύφων γένοιτ' ἄν* ex Zenob. Provv. IV, 7. Arbitror versum ipsum Epicharmi servatum esse in Proverbiis Coislin. 168. *Ἐκ παντὸς ξύλου κλῷος γένοιτ' ἂν καὶ θεός. Οἱ Δωριεῖς τὸν κύφωνα κλῷον λέγουσι. Λέγει γοῦν ἡ παροιμία, ἐκ τοῦ αὐτοῦ δύναται γενέσθαι καὶ καλὸν καὶ κακόν, καὶ μέγα καὶ μικρόν, καὶ ἐξ ἑνὸς πατρὸς υἱοὶ ἀνόμοιοι, δειλὸς καὶ ἀνδρεῖος.* Doriensem enim poetam monstrat vel Grammatici admonitio de v. *κλῷος* vel *κλωός*. Praeterea quum in Troibus sententia illa lecta esse dicatur addatque Grammaticus, usurpari proverbium velut si ex eodem patre diversae indolis filii prognati fuerint: facile est ad suspicandum, Epicharmum de Priami filiis celebratissimis locutum esse, Hectore et Paride. In quos plane cadit proverbium. Scripserat autem:

Ἐκ παντὸς ξύλω
κλῳὸς γένοιτ' ἂν καὶ θεός.

2. In eadem fabula, de cujus argumento ex illis verbis conjecturam facimus, fortasse Priamus rex senio confectus lepide vocabatur *Πριαμιλλύδριον*. Quam formam ex Theognosto prodidit Bekkerus Ann. III. p. 1413. et Cramerus Ann. Oxx. II. p. 126, 23. *Τὰ διὰ τοῦ υδριον τὴν δευτέραν ἀπὸ τέλους ἔχει διὰ τοῦ ῐ καὶ τὴν πρὸ αὐτῆς διὰ τοῦ ῡ, οἷον· Τρωγλύδριον, Πριαμιλλύδριον, νεανισκύδριον.* Nunc Epicharmum auctorem profert Michaelis Syngeli Syntaxis, ex cujus capite *περὶ ὑποκοριστικῶν ὀνομάτων* in Crameri Ann. Oxx. IV. p. 254. haec sunt: *Γίνεται τὰ ὑποκοριστικὰ διὰ γελοῖον, ὥστε παρ' Ἐπιχάρμῳ Πριαμιλλύδριον.* —

3. Refert Strabo VIII. p. 364. *Ἐπίχαρμος τὸ λίαν λῖ, Συρακὼ δὲ τὰς Συρακούσας* (*λέγει*). Dixit de forma *Συρακὼ* Lobeckius Parall. I. p. 115 sq. Strabonis testimonium commemoravit Polman-Kruseman fr. inc. XCI. Sed fugit eum ipsa Epicharmi verba superesse in Etym. M. p. 736, 26. *Καὶ τὰς κλεινὰς Συρακοῦς: — ἀποβολῇ ἐκ τοῦ Συρακούσας.* Scribe ad mentem Strabonis:

Καὶ τᾶς κλεινᾶς Συρακοῦς. —

4. In Pyrrhae et Deucalionis fr. IV. p. 66. *εὐωρέστερον* comparet: fr. CXX. p. 120. *διακονέστερον* dixit poeta. Neglexit comparativos illis persimiles editor Batavus, quos ex Epicharmo protulit in copiosissima disputatione Eustathius in Odyss. p. 1441, 15. *Ἐπίχαρμος καὶ ἀλλοιέστερον λέγει καὶ ἐπιηρέστερον καὶ ἀναγκαιέστατον καὶ ὡραιέστατον.* Omnino quo quis est vetustior poeta, eo liberius in formatione comparativorum sancitam more et praescriptam a Grammaticis normam ludibrio habet multifariam. Vide Grammaticum Baroccianum in Museo Philolog. Cantabrig. II. p. 114 sq. *Βαρεώτερος· ἀπὸ τῆς γενικῆς εἶπον βαρέως βαρεώτερος, σπανίως μέντοι· καὶ ἔτι Αἰσχύλος μειζονώτερος ὑπερτερώτερώς τε* (sic), *καὶ χερειότερος καὶ ῥηΐτερος καὶ πλειότερος· ὡς δὲ καὶ τοῦ ὑπερθετικοῦ τὸ πρώτιστος· εἴλαυσαν εἰς τὸ πρώτιστον.* Cramerus *ἤλασαν.* Lenius possis *εἴλκυσαν.* Confer Buttmannum in Gramm. Ampl. I. p. 280. Euripideum *φιλοξενέστατος* infra tango.

Verum revocat Orio.

4. *Isocrat. ad Demonic.* p. 5. fin. (4, 9. Dindorf.)

TITULUS III.

Ordo literarum satis integer: Euripidis fabulae agmen ducunt, Archelaus, Hippolytus: excipiunt *Ἡσίοδος, Θέογνις, Ἰσοκράτης*: claudit tamen Demosthenes.

1. Sententiam loci aliunde non noti non satis intelligo nec certa medela verbis corruptis praesto est. Sed quum *εἰ* punctis suppositis errori deberi significaverit librarius, fortasse sic refingenda sunt Euripidea:

cf. Mei. p. 150 η *Τῶν γὰρ δικαίων οἱ νόμοι ταὐξήματα*
μεγάλα φέρουσι· πάντα δ' ἀνθρώποις τάδε
πάρεστι χρήματ', ἤν τις εὐσεβῇ θεόν.

Hac sententia: *Nam eorum qui juste agunt auctus afferunt leges magnos: omnia autem haec* — quae in praegressis exposita fuerint — *hominibus contingunt, si quis deum colit.* Quae poterant in Cisseum nefario dolo Archelaum obtruncaturum dicta esse.

Paullo aliter Rankius meus locum Euripideum intelligit. Scribit enim sic:

Οἱ τῶν δικαίων γὰρ νόμοι ταὐξήματα
μεγάλα φέρουσι, πάντα δ' ἀνθρώποισί τοι
τάδ' ἐστι χρήματ', ἥν τις εὐσεβῇ θεόν.

Itaque explicat: *Leges enim a justis hominibus constitutae magnopere juvant; sed omnia profecto haec hominibus contingunt, si quis deum colet.* Ut ea salus, cujus hominibus leges auctores sint, repetatur tamen a pietate erga deos.

2. Nec haec alibi legere memini. Altero versu Rankio αὐτὸ τοῦτο scribendum videbatur, mihi non item.

3. *Euripides* Hippolyt. 74 sqq. Versu 76. quum vulgo οὐδ' ἦλθε legeretur, Monkius ex Elmsleji decreto οὔτ' ἦλθε edidit. Secutus est L. Dindorfius. Confirmat Orio. Sed omnes πω praeter Orionem. Versu 77. ἠρινὸν scribitur, sed aliquot codices cum Orione ἐαρινόν. Valckenarii et Iortini coniecturis nec ab Orione robur accedit. Idem de sqq. versibus dictum esto. Versu 79. scribitur ἀλλ' ἐν τῇ φύσει et v. 80. ἐς τὰ πάνθ' ὁμῶς. Illud cedere debebit Orionis scripturae. Versu 85. σ' ante ἀμείβομαι ex mente Valckenarii, post ex uno codice insertum abeat. Hecubae v. 1172. scite contulit Monkius.

4. *Hesiodi Opp.* v. 285.

5. *Theognid.* v. 1179 sq. Versu altero Theognidis libri omnes μήθ' ἔρδειν μήτε λέγειν. Praeclara est Orionis scriptura. Sonabit enim: *hoc enim prohibet, quominus quis eo se abripi patiatur, ut sceleste agat.*

6. *Isocrates ad Demonic.* p. 5. (3, 32. Dindorf.)

7. *Demosthenes Philipp.* III, p. 114. Rsk. (I, p. 89, 19. Dindorf.) *Τὸ δ' εὐσεβὲς καὶ τὸ δίκαιον ἄν τ' ἐπὶ μικροῦ τις ἄν τ' ἐπὶ μείζονος παραβαίνῃ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν.*

TITULUS IV.

Περὶ προνοίας.

Fabularum tituli ordinem literarum sequuntur: Ἡνίοχος, Ἱππόνοος, Ὀρέστης.

*1. Menandri eximium fragmentum Heniochi nunc primum comparet. Adde Meinekio p. 71. Versu tertio quod

summa felicitas, ad quam via expedita monstretur divinitus, πόρνης βολὴ εὐπορίας τινὸς vocatur, vulgare est Ἀφροδίτης βολήν, *Venereum jactum*, *Venerem* dicere, vide vel Intpp. Horatii Carmm. II, 7, 25. Πόρνης βολὴν qui praeter Menandrum subrogaverit novi neminem. Facilis vero transitus, quum Venus ipsa, meretricum praeses, hic illic Πόρνης cognomine coleretur, velut apud Abydenos, v. Pamphilum Ath. XIII, p. 571, D. Socculum Menandreum id non dedecet.

2. Nondum haec in fragmentis Sophoclis exstant. Versus alter et tertius male inter se concinunt. Nec auctor sim ut ἡ δέ τοι προμηθία rescripto contaminatio fiat. Quid multa? Hipponoi versus erant:

Σωτηρίας γὰρ φάρμακ' οὐχὶ πανταχοῦ
βλέψαι πάρεστιν, ἐν δὲ τῇ προμηθίᾳ.

Tum Orio attulerat haec ex Electra 978. (990. Brunck.)

Ἐν τοῖς τοιούτοις ἐστὶν ἡ προμηθία
καὶ τῷ λέγοντι καὶ κλύοντι σύμμαχος.

Vox προμηθία librarii oculos calamumque in errorem pellexit. Fragmento ex Hipponoo allato fortasse adhaesit fr. inc. 3/688 ~~723.~~ Dindorf.

Προμηθία γὰρ κέρδος ἀνθρώποις μέγα.

3. *Orestis* v. 472. Pors., ubi est:

Ἔα· τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι.

4. *Isocratis* κατὰ τῶν Σοφιστῶν p. 291. (257, 10. Dindorf.) Ibi est γὰρ ἅπασιν εἶναι, τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν, ὑπὲρ αὐτῶν, τοῖς ἀνθρώποις ἓν τοῦτο.

TITULUS V.
Περὶ Θεοῦ.

Ordinem vides literarum non ordinem. Proficiscitur Orio ex fabulis Euripideis, quae literarum seriem ab initio habent integram: Ἀρχέλαος, Ἱκέτιδες, Μελανίππη, Φιλοκτήτης — en turbat Οἰνόμαος, Θυέστης et quae sequuntur. Sed hoc loco Orionis descriptionem violatam esse evincere videtur, quod Sophoclis nomen excidit ad 10., fortasse etiam ad 6. 8. In fine collocati sunt poetae heroici et elegiacus Theognis.

1. Ex *Archelao Euripidis* haec esse nunc demum compertum habemus. Nam *Incerti* nomine versus exstabant illi qui-

dem apud Stobaeum Eclogg. I, 4, 47. Rettulit ad Euripidem Valckenarius in Diatriba Eurip. p. 186. Idem mutata sententia Sophoclis esse judicabat ad Theocriti Adoniaz. p. 238, B. Pleniora autem servavit Stobaeus:

Δοκεῖς τὰ θεῶν σὺ ξυνετὰ νικῆσαί ποτε
καὶ τὴν Δίκην που μακρ' ἀποικεῖσθαι βροτῶν;
'Ηδ' ἐγγύς ἐστιν· οὐχ ὁρωμένη δ' ὁρᾷ,
ὃν χρὴ κολάζειν τ' οἶδεν, ἀλλ' οὐκ οἶσθα σύ,
ὁπόταν ἄφνω μολοῦσα διολέσῃ κακούς.

Versu primo codex Heerenii V recte *νικήσειν*. Altero versu quod editur Grotiana est conjectura, minime illa ferenda, quandoquidem non dicitur neque *μακρὰ ἀποικεῖσθαι*, neque *ἀποικεῖσθαι*, sed *ἀποικεῖν*. Codex V consentit cum Orione, E habet *ἀπωκεισθ.* (sic video notatum esse). Valckenarius ad Adoniaz. l. c. ex codice Parisino sic legendum arbitrabatur:

Δοκεῖς τὰ [τῶν] θεῶν ξυνετὰ νικῆσαί ποτε
καὶ τὴν Δίκην που μακρὰν ἀπῳκίσθαι βροτῶν;

numeris aperte vitiosis. Inducto *που* sic scribendum:

Δοκεῖς τὰ τῶν θεῶν ξυνετὰ νικήσειν ποτὲ
καὶ τὴν Δίκην μακρὰν ἀπῳκίσθαι βροτῶν; cf. p. 154.

Archelaus haec proloqui videtur. Optime enim quadrant in regem Cisseum, qui quum dati jurisjurandi oblitus Archelaum in foveam injicere vellet per fraudem, ipse ab Archelao injectus est. Quod ita adornaverat poeta, ut Archelaum remotis arbitris cum Cisseo colloquentem fingeret, v. Hygini Fab. 219. Revera igitur *Δίκη* erat *ἐγγὺς* et *ἑώρα οὐχ ὁρωμένη*. Chorus non multo post cecinisse ea videtur, quae sunt fr. XXV.

Τὰ γὰρ οὐκ ὀρθῶς πρασσόμεν' ὀρθῶς
τοῖς πράσσουσιν κακὸν ἦλθεν.

Confer fr. XXVI., quod Orio affert infra. Ceterum ne Aeschylea apponam, ex Euripideis persimilem sententiam habent versus Melanippae Desmot. fr. XII, 7.

'Αλλ' ἡ Δίκη
ἐνταῦθά που 'στιν ἐγγύς, εἰ βούλεσθ' ὁρᾶν.

Cfr. Valckenarii Diatr. p. 186.

2. *Supplicum* v. 736. (756. Herm.)

3. *Melanippae Vinctae* fragmentum novum. Olim fuerit

γὰρ ἀνατρέφειν, vide exempla rejectae particulae sub finem versus apud Meinekium Menandr. p. 7. Nisi forte poeta ἀναστρέφειν posuerat.

4. Nec hoc *Philoctetae* fragmentum ab alio quoquam allatum video. Videtur ex fine fabulae esse. Infra in farragine versuum Euripideorum post Titulum VIII, 1. iidem versus redeunt. Cum iisdem redit vitiosum illud ἔχωσι.

5. Idem in hoc *Oenomai* fragmentum cadit.

6. Versum apponunt alii: sed aut non annotant cujus sit aut dubitanter loquuntur. Sic Plutarchus Morall. II, p. 405, B. sub Pindari nomine laudans addit: εἴγε Πίνδαρος ἦν ὁ ποιήσας, v. Boeckh. ad Fragmm. Pindari p. 554. Versiculus in proverbium abiit: Scholia Euripidis Phoeniss. 398. Ἡ παροιμία·

Κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι

ἐπὶ τῶν εἰς κινδύνους κέρδους χάριν ἑαυτοὺς ῥιπτούντων λαμβανομένη· ἐκφέρεται δὲ οὕτως·

Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Hac specie comparet inter Sententias Singulares Menandri 34, p. 337. Meinek., qui Simonidis Iambographi esse versum animadvertit provocans ad Stobaeum Eclogg. I, 3, 19. At ibi lemma supplevit Heerenius, qui de Simonide Ceo cogitabat, v. nos Simonid. Cei Prolegg. p. XXVII. Pariter Welckerus Simonidi Amorgino vindicabat, v. Simonid. Amorg. Reliqq. p. 88. Orióni autem debetur quod Gatakeri quandam opinationem funditus evertere licet. Qui quum apud Theophilum ad Autol. II, 9, p. 108. Θέστιον auctorem perhiberi versiculi legisset, *Thespin* inde exsculpsit. Scilicet natum illud Θέστιος ex prave lecto Θυέστης. Sic alias quoque tituli fabularum nomina poetarum pepererunt.

Verum Sophoclisne an Euripidis Thyesten dicit Orio? Thyestes Euripidea ab aliis quoque scriptoribus citatur. Ipse Orio infra VII, 4. videndus. At Valckenarius in Diatriba Eurip. p. 12. *Thyestem* et *Cressas* diversos ejusdem fabulae titulos fuisse posuit. Verum eam opinionem ab Aug. Matthiae et Ed. Muellero Histor. Theor. Artt. p. 267., qui Euripidis fabulam, Senecae Thyestae exemplar, ab Aristophane in Προαγῶνι traductam fuisse statuit, probatam idoneis argumentis impugnavit nuper Hermannus in Praefatione Eurip. Cy-

clop. p. XII sq., qui neglectum a Matthia Thyestae fragmentum supplevit ex Appendice Florentina Stobaei p. 11, 19. Gaisf. hoc:

Οὐ πώποτ' ἔργου μᾶλλον εἱλόμην λόγους.

Nam qui adhaeret versus trochaicus:

Τῷ λόγῳ μὲν εὖ διέρχῃ πάντα, τῷ δ' ἔργῳ κακῶς

divellendus est. Quamquam et is Euripideus esse videtur. Sed etiamsi *Cressae* et *Thyestes* unius fabulae tituli fuissent diversi, tamen et apud Orionem de Euripide nihil obstaret quominus cogitares.

Validissimum autem proferam argumentum, quo ad Sophocleam potius fabulam referendum appareat fragmentum. Nempe jam persentiscere licet aculeos loci Aristophanei, qui est in Pace v. 695 sq. Ibi Mercurius:

Πρῶτον δ' ὅ τι πράττοι Σοφοκλέης ἀνήρετο.

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

Εὐδαιμονεῖ· πάσχει δὲ θαυμαστόν.

ἙΡΜΗΣ.

τὸ τί;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

Ἐκ τοῦ Σοφοκλέους γίγνεται Σιμωνίδης.

ἙΡΜΗΣ.

Σιμωνίδης; πῶς;

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ὅτι γέρων ὢν καὶ σαπρὸς

κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.

In ipsum enim auctorem sententiae retorsit versiculum per ludibrium aliorsum traductum. Accedit quod apud Orionem statim post nr. 9. 10. Sophocleae fabulae nullo auctoris elogio afferuntur. Ceterum apud Aristophanem nec *κέρδους ἕκατι* caret festivitate sua. Tragici enim *ἕκατι* illud valde adamaverant et ipsa illa verba *κέρδους ἕκατι* occurrunt in Euripidis Oenei fr. VII.

Ὡς οὐδὲν ἀνδρὶ πιστὸν ἄλλο, πλὴν τέκνων·

κέρδους δ' ἕκατι καὶ τὸ συγγενὲς νοσεῖ.

At Sophoclem esse auctorem versiculi statuenti video adversari quod sequenti frustulo praeponitur: *ἐκ τοῦ αὐτοῦ*. Et tamen certum videtur Euripidem illa scripsisse *Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτλ.* Ex his angustiis qua machina emergam non ha-

beo. Nisi hariolari placeat, spectare illud ἐκ τοῦ αὐτοῦ ad Oenomaum paullo ante laudatam. Ordinem sententiarum h. l. videri vitiatum esse monui supra.

7. Noti sunt hi versus, sed inhonestiore loco positi et misere dilaniati. Prior enim versus est fr. inc. fabb. CIV, 6. Matth. ex Theophilo, ubi sincerius scriptum:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν χωρὶς ἀνθρώποις θεοῦ.

Tum versus duo posteriores sunt fr. CVI. ex eodem loco Theophili petiti, ubi sic scribuntur:

Σπουδάζομεν δὲ πόλλ' ὑπ' ἐλπίδων μάτην
πόνους ἔχοντες, οὐδὲν εἰδότες.

Quae a Grotio et Heathio infeliciter tentata evincit Orio.

8. Ex Ὥραις. Cratini an Aristophanis? Aegre crediderim. Tragicum potius spirant, quam Comicum poetam. Et Comici quidem poetae nomen expresse additum foret. Haereo. Utut est, μακρὰν similiter dixit Sophocles Philoct. 26. ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις, h. e. οὐ μακροῦ πόνου δεόμενον, ut explicat Scholiasta. Proprie est: *non longe abest.* Aeschylus Agam. 1659. τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε. De copulato adjectivo et adverbio cum verbo substantivo, quod supplendum, v. Lobeckii Parall. p. 150 sqq.

9. Vel index fabulae Sophocleae nunc primum in vitam revocatur. Mirum vero est, Ἡρακλίσκον vocari σατυρικήν: etenim Ἶρις dicitur σατυρική, Ἡρακλῆς vero σατυρικός, vide vel Crenii notam ad Casaubonum de Satyr. Gr. p. 19. ed. Rambach. Sed id videtur inscitia librarii commissum esse. Cautiorem tamen reddiderit quod apud Steph. Byz. s. v. Χώρα, ubi laudatur Αἰσχύλος ἐν Λέοντι σατυρικῷ, codex Vratislaviensis σατυρικήν, h. e. σατυρικῇ, intellige ποιήσει, πραγματείᾳ.

Gravius hoc est, quod jam ad Casauboni sententiam redeundum erit, qui de Satyr. Gr. p. 133. binas fabulas satyricas Sophoclis exstitisse arbitrabatur, alteram Ἐπιταινάριον Σατυρικόν, alteram Ἡρακλῆ Σατυρικὸν inscriptam. Deserta est haec sententia post Toupium, qui quum scriptores vel Σοφοκλῆ ἐπὶ ταινάροις vel ταιναρίοις, vel Ἡρακλῆ Σατυρικὸν citare vidisset: diversa statuit haec ejusdem fabulae nomina decurtata ex sincero elogio: Ἡρακλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ Σατυρι-

κός, v. Epist. Crit. p. 123. Argumentum autem fuisse Herculis descensum ad inferos Cerberum in lucem educturi.

Quum autem Orio doceat, *Ἡρακλίσκον* exstitisse fabulam satyricam et vix credibile videatur, poetam Herculem parvulum cum infernalibus bestiis luctantem fecisse: duae fabulae disparandae videntur. Altera *Ἡρακλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ*, altera *Ἡρακλίσκος* vel *Ἡρακλῆς Σατυρικός*. Quid quod prior titulus idonea auctoritate carere videtur, quum *Σοφοκλῆ ἐν Ἡρακλεῖ ἐπὶ Ταινάρῳ* nusquam citari videas, sed aut *Σοφοκλῆ ἐπὶ Ταινάρῳ* vel *Ἐπιταιναρίοις* scriptores afferant? Ea autem quae ex *Ἡρακλεῖ* (Steph. Byz. s. v. *Χώρα*) vel *Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ* (sic Pollux) afferuntur, ad eandem revoca fabulam, quae Orioni inscribitur *Ἡρακλίσκος σατυρική*.

Cum Heraclisco Sophocleo componas Sophronis *Ἥρυλλον*, cfr. Exercitatt. Critt. VIII, p. 52.

10. Eximium fragmentum Sophocleae esse fabulae, *prioris Thyestae* significatio evincit. Nam binas scripserat Sophocles fabulas *Θυέστην τὸν ἐν Σικυῶνι* et *Θυέστην δεύτερον*. Versum ultimum alibi legisse mihi videor. *Κελεύῃ*, *juberis*.

11. *Bionis* eo jucundior memoria, quod vel titulus ipse carminis latebat adhuc in tenebris, qui titulus quorsum spectet ex Moschi Epitaphio Bionis v. 60 sqq. probabiliter elicias. Correctio loci, cujus sententia claret, incerta est. Mihi quidem haec videbatur lenissima esse emendatio:

Πάντα θεῶ γ' ἐθέλοντος ἀνύσιμα, πάντα βροτοῖσιν·
ἐκ μακάρων γὰρ ῥᾷστά κεν οὐκ ἀτέλεστα γένοιτο.

Omnia deo quidem volente perfici possunt mortalibus, omnia: ex divis enim facillime omnia perduci possint ad finem. Fortasse *γε θέλοντος* rectius scripseris, quum Moschum et Theocritum hanc formam usurpasse constet, v. Meinek. Mosch. II, 156. Primum ne quem male habeat repetitum illud *πάντα*, meminerit bucolicos potissimum poetas ejusmodi vividis repetitionibus sermonis quotidiani imitari solere consuetudinem. Similiter Theocritus Idyll. XXI, 15.

Πάντα περισσά
πάντ' ἐδόκει τήνοις ἄγρας· πενία σφὰ ἑταίρα.

Quae olim conjecturis vexata jam omnes pro sanissimis habemus. Sic I, 15.

Οὐ θέμις, ὦ ποιμάν, τὸ μεσαμβρινὸν οὐ θέμις ἄμμιν συρίσδεν.

Incertus poeta apud Meinek. Theocr. VIII, 73.

Καλαὶ μέν ποτ' ἔσαν, καλαὶ κόμαι Εὐτελίδαο.

Et Idyll. V, 118. ad illorum exemplum sic refingo:

Τοῦτο μὲν οὐ μέμναμ'· ὄκα μὰν ὄκα τυίδε τυ δήσας
Εὐμάρας ἐκάθηρε, καλῶς μάλα τοῦτό γ' ἴσαμι.

Vulgo *ὄκα μάν ποκα*: sed *ποκά*, satis illud mirum post *ὄκα*, ut recte observat Meinekius, omittunt codices plurimi et optimi. Improbabilem conjecturam Bergkius meus nuper protulit Musei Rhenani 1838. I, p. 33. Nec protulisset rursus illud *ποκά*, nisi ab aliis dicta spernere pulchrum existimaret. Cum nostra scriptura confer XXVII, 37. *τίνα κεν, τίνα μῦθον ἐνίψω;* V, 61. *τίς ἄμμε, τίς κρινεῖ;* aliosque locos plures.

cf. p. 184. Deinde mirationem facit vox *ἀνύσιμα* producta media syllaba usurpata. Minus mirarer, si Epicos auctores praeivisse constaret. Nunc in similium licentia antiquitus monstrata excusationem habet Bio, ut in voce quattuor brevium syllabarum, quae versui hexametro aptari alia machina non posset. Ex eodem fonte *ἀθάνατος* prima producta fluxit aliaque ejusdem generis. An dicemus profuisse poetae ausuro, quod *ἀνύω* sigma duplicat in futuro et quae inde ducuntur temporibus? Scripturae fidem equidem certe non suspectaverim.

Altero versu *ῥᾷστα* summam habet vim sententiae. *Καὶ* ferri non poterat: quamquam optativus sine *ἂν* vel *κεν* particula ferri potuisset, v. exempla Theocritea apud Meinek. II, 31. —

Paullo plus juris in refingendis versibus Bionianis sibi sumpsit Rankius meus, cui sic scribendum videbatur:

Πάντα θεῶ γ' ἐθέλοντος ἀνύσιμα· πάντα βροτοῖσιν
ἐκ μακάρων, καὶ ῥᾷστά γ' ἂν οὐκ ἀτέλεστα γένοιτο.

12. *Theognidis* v. 141 sq. Editur *θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον π. τ. ν.* Nec libri Theognidis discrepant. Nunc Orio monstrat male coaluisse hoc distichum cum praegressis, a quibus dijungendum est. Consarcinata sunt propterea, quod in praecedentibus *ἄνθρωποι* et *θεοὶ* sibi opponuntur. Sed male

hoc distichum coit. Qui autem agglutinaverunt, θεοὶ debebant rescribere, quoniam eorum appellatio remotior erat.

13. *Iliad.* Ψ, 242 sq.

14. *Arati* Phaenom. v. 10 sq. Versu 13. legitur:

Ἀνδράσιν ὡράων, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύωνται,

sed codices Mosc. Par. F ὡραίων, ut intelligas Orionem non sine exemplo peccasse.

15. *Iliad.* P, 514. Υ, 435. Odyss. Α, 267. 400. Π, 129.

16. Non Iliadis, sed *Odysseae* P, 485 sq.

17. Vetustiora haec sunt χρυσοῖς ἔπεσι: nam Plato qui dicitur Alcibiade II, p. 142, F. Κινδυνεύει γοῦν φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητής, ὅς δοκεῖ μοι φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος, ὁρῶν αὐτοὺς καὶ πράττοντας καὶ εὐχομένους ἅπερ οὐ βέλτιον ἦν, ἐκείνοις δὲ ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι, λέγει δέ πως ὡδί·

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν

κελεύει.

Orionis scriptura expressa est in Anthologia Pal. X. 108., ubi ἄδηλον est carmen, vel in Analectis Brunckii Adesp. 466., nisi quod ibi cum Platone Ζεῦ βασιλεῦ et versu 2. εὐχομένων legitur. Concinit Proclus in Platonis Timaeum et Remp. p. 402., praeterquam quod τά τε λυγρά exhibet. In locum Platonicae scripturae τὰ δὲ δεινὰ Buttmannus Lexilog. I, p. 129. τὰ δὲ δειλὰ subrogabat, quoniam δεινὸς vocabulum ab epicorum sermone abhorreat. At poetae erat λυγρά, Plato, vel si quis alius Alcibiadem alterum scripsit, δεινὰ memoriter citans substituit.

TITULUS VI.

Περὶ δίκης καὶ δικαιοσύνης.

Ordinem literarum aliquatenus custodiunt loci 1—4: Euripidis *Aegeus*, *Hecuba*, *Epitrepontes* Menandri: jam 5. *Eupolidis* Demi, 6. Sophoclis Ἡρακλίσκος, 7. Φαίδρα, 8. — Ἠλέκτρα. Deinceps ex more loci Hesiodii Homericique sequuntur: desinit titulus in orationis pedestris auctoribus, ut solent Orio et Stobaeus.

1. Summam similitudinem refert *Thesei* fr. IX.

Κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ πολυχρύσου χλιδῆς
ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν παρουσίαι

vel *παρουσία* cum Valckenario. Vel sic tamen in utraque fabula haec inesse poterant paullulum variata.

2. *Hecubae* v. 844 sq.

3. *Ibidem* v. 1250 sq.

4. Apud Meinekium fr. CCLXXXII. p. 270. ex Stobaeo Floril. IX, 12. nonnisi versiculus exstat ex primo et altero conflatus in hunc modum:

Ἐν παντὶ δεῖ καιρῷ τὸ δίκαιον ἐπικρατεῖν.

Dicit autem is, cujus oratio eo spectabat, ut nescio quem a nefario facinore deterreret, hoc: *Ne vilipendas deos*: *in omni tempore ubique debet superius esse quod justum est: et is qui forte adest* (injuste acturo), *ut curet hanc partem* (ut ad juste agendum alterius animum reflectat) *vitae hominum commune est.*

5. Addendus versus nobilissimae fabulae frustulis, dignus ille Aristidis persona *τοῦ Δικαίου*.

6. Notisima ab Aeschylo accepta sententia, cfr. Aeschylum apud Stobaeum Eclogg. Phys. I, 4, 24.

Δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται,

quibuscum compares Choephoror. v. 311. De Heraclisco Sophoclea dixi supra p. 60. Et Sophoclem potius quam Aeschylum dicere videtur Scholiasta Pindari Nem. IV, 51. *Παρὰ τοῦτο ὁ τραγικός·*

Τὸν δρῶντά πού τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

Idem eandem sententiam Ajac. Locr. fr. 11. sic extulit:

Εἰ δείν᾽ ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ.

7. *Phaedrae* Sophocleae fr. II. Brunck. ex Stobaei Floril. XVII, 2. (Dindorf. fr. 605.)

Οὐ γάρ δίκαιον ἄνδρα γενναῖον φρένας
τέρπειν, ὅπου μὴ καὶ δίκαια τέρψεται.

8. *Electrae* v. 1042.

9. *Ajacis* v. 1125.

10. *Hesiodi Opp. et D.* v. 276 sqq. Versu 278. vulgatur *ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς.* Praestabit Orionem sequi, quum praesertim in quibusdam libris *ἐπ᾽ αὐτοῖς* legatur.

11. *Ibidem* v. 282 sq.

12. *Odysseae Ξ*, 83 sq.

13. *Hesiodi Opp. et D.* v. 240.

14. *Plato Euthyphr.* p. 12, E. Steph.

15. Idem *Critone* p. 54, B., ubi Leges Atheniensium, a quibus se compellari facit Socrates, loquuntur. Apud Platonem *πειθόμενος ἡμῖν τοῖς σοῖς τροφεῦσι* exstat.

16. *Isocrates κατὰ τῶν Σοφιστῶν* p. 295. (261, 14. Dindorf.) Differunt haec apud Isocratem: *εἶναι τέχνην, πρὸς ἀρετὴν, σωφροσύνην ἂν καὶ δικαιοσύνην ἐμποιήσειεν, συμπαρακελεύσασθαί γε.*

17. *Demosthenes* pro Corona p. 303. Rsk.

TITULUS VII.

Π ε ρ ὶ   ἀ ρ ε τ ῆ ς.

1. Mentem poetae si satis recte assecutum me esse dicerem, profecto mentirer. Sed quantum video sic expediendus locus est: *Quod potentissimum est, etiamsi femina sit potentissimum, hoc est virtus: nomen vero nihil differt.* Virtus igitur — sic enim illud *κράτιστον* vocatur — etsi femina est, nihil refert: est illa potentissimum. Oratio haec qua ratione cum reliquis nexa fuerit imaginari poterit quivis: ego quid sentiam, sentiam, non effabor, nisi hoc unum, Atalantam haec proloqui putandam esse. Sic autem fortasse scribenda verba:

Τό τοι κράτιστον, κἂν γυνὴ κράτιστον ᾖ,
τοῦτ᾽ ἐστὶν ἀρετή· τὸ δ᾽ ὄνομ᾽ οὐδὲν διαφέρει.

2. *Erechthei* fr. IX., (Stobaei Floril. XXIX, 11.) ubi est:

Ἐκ τῶν πόνων τοι τἀγάθ᾽ αὔξεται βροτοῖς·
ὁ δ᾽ ἡδὺς αἰὼν ἥ κακή τ᾽ ἀτολμία
οὔτ᾽ οἶκον οὔτε βίοτον οὐδὲν ὠφελεῖ.

Rursus paene eadem *Archelai* fr. VII. (Stobaei Floril. VIII, 13.)

Ὁ δ᾽ ἡδὺς αἰὼν ἥ κακή τ᾽ ἀνανδρία
Οὔτ᾽ οἶκον οὔτε πόλιν ἀνορθώσειεν ἄν,

ubi *ἀνορθώσειεν* fluxit ex conjectura Valckenarii: libri *ὀρθώσειεν*, quo Orionis scriptura commendatur *γαῖαν*, h. e. *neque unam domum neque omnem civitatem.*

3. *Archelai* fr. XIV.

4. *Euripidis* Thyestes indicatur, non Sophoclea. *Nihil virtus quae caret prudentia.* Idem versus recurrit infra Farragine Eurip. 19.

5. Novum *Hypsipylae* fragmentum sic concinnandum:

Πρὸς τὰς δὲ χρήσεις καὶ τὰ πράγματα σκοπεῖν
καὶ τὰς διαίτας τῶν κακῶν τε κἀγαθῶν,
πειθὼ δὲ τοῖς μὲν σώφροσιν πολλὴν ἔχειν,
τοῖς μὴ δικαίοις δ' οὐδὲ συμβάλλειν χρεών.

Primo versu χρὴ ad juvandam structurae facilitatem ab interprete interpositum expuli: ultimi versus χρεὼν in omnem praegressorum tenorem vim suam exserit. Hoc dicit poeta: *Spectanda est agendi ratio bonorum hominum et malorum: confidendum autem illis, injustis ne miscendae quidem sunt res et rationes.*

6. Ἡνιόχου fragmentis addendum, ut supra illa IV, 1. Offendit orationis omni vinculo exemptae perpetuitas. At id in sententiarum cumulatione saepius fieri observabis. Versus prioris intellectus hic est: *Ille solus* — qui χρηστός est — *quum fortunatus vivit, miserescere didicit*, nam malis ubi bene agitur, misericordiam exuerunt. Alter versus editus est in Menandreis Boissonadii Ann. Grr. I. p. 158. Versus tertius latet in Sententiis Singularibus 339 p. 326. Meinek.,

Μί' ἐστὶν ἀρετὴ τἄτοπον φεύγειν ἀεί.

Codices μία ἐστὶν ἀρετὴ τὸ ἄτοπον φ. ἀ. At τὸν ἄτοπον Orioni non inviderim: nam quum a consuetudine malorum et ineptorum hominum dehortari poeta videatur, compellere ad proborum, τὸν ἄτοπον recte habere videtur.

7. *Andromachae* v. 775.

8. Librarii in titulis fabularum appingendis trepidationem ut liceat vitare, facit Gorgiae in fr. 9. mentio. Eum enim in Γεωργῷ compellari videbis apud Meinek. p. 34 sq. Prius fragmentum non cunctanter ad Ἐπιτρέποντας adscribo. Memoratur versiculus in Sententiis Singularibus ex Aldo petitis v. 52. p. 337. Meinek. et omisso fabulae elogio apud Stobaeum Floril. CVIII, 57., ubi deest δέ.

9. Γεωργοῦ fragmentum sic emendatius legetur:

Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνήρ, ὦ Γοργία,
ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίστατ' ἐγκρατῶς·
τὸ δ' ὀξύθυμον τοῦτο καὶ λίαν πικρὸν
δεῖγμ' ἐστὶν εὐθὺς πᾶσι μικροψυχίας.

Nota haec aliunde omnia, sed et misere disjecta et artificiosius quam vere in corpus compacta, minus denique sincere

scripta. Nam versus priores ex *Γεωργῷ* allati a Stobaeo Floril. V, 1. apud Meinekium p. 35./sic exhibentur: /Vide iam vol. IV. p. 96 (3), p. 241 (25).

Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνήρ, ὦ Γοργία,
ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν.

Rursus in incertarum fabularum fragmentis p. 206. fr. XXV. posteriora sic prostant:

Εἰ καὶ σφόδρ' ἀλγεῖς, μηδὲν ἠρεθισμένος
πράξῃς προπετῶς· ὀργῆς γὰρ ἀλογίστου κρατεῖν
ἐν ταῖς ταραχαῖς μάλιστα τὸν φρονοῦντα δεῖ·
τὸ δ' ὀξύθυμον τοῦτο καὶ λίαν πικρὸν
δεῖγμ' ἐστὶν εὐθὺς πᾶσι μικροψυχίας.

Scilicet versus postremos Meinekius prioribus sociavit. Apud Stobaeum Floril. XX, 21. a tribus prioribus recte distinentur vocum *τοῦ αὐτοῦ* interpositu. Eximio hoc exemplo esse potest, quam vel acutissimorum Criticorum acies interdum eludatur veritatis quadam specie fallaci. Retundendusque pruritus eorum est, qui sententias similes continuo in unum corpus coartare gestiunt, in Euripideis maxime et Menandreis; hi enim poetae easdem vel similes sententias sexcenties inculcant.

10. Ex *Ione Sophoclea* apud Stobaeum Floril. CIII, 10. afferuntur haec:

Ἐν Διὸς κήποις ἀροῦσθαι μόνον εὐδαίμονας ὄλβους.

Ad quem locum Dindorfius: „De fragmento ad hanc fabulam non recte relato dixi infra ad Oeneum fr. 417. Superest igitur solum Stobaei testimonium: cujus in libris videndum est ne *Ἴωνος* ex *Σίνωνος* sit corruptum." Iam Orionis testimonio dubitationes omnes de elogii sinceritate profligantur. Immo fortasse Oeneus fabula invalido innixa fundamento cedet Ioni. Istam enim fabulam Dindorfius visus est sibi agnoscere in duobus locis Hesychii a Musuro deformatis. Primus locus exstat s. v. *Ἄλυτον· ἀκατάλυτον, ἀκατάπαυστον. Σοφοκλῆς ἴνει.* Dindorfius *Οἰνεῖ.* Alter s. v. *Χερσεύει· Σοφοκλῆς ιονι* (superscript: οι ει) (sic Venetus). Dindorfius rursus *Οἰνεῖ*, plaudente Ellendtio Lex. Soph. s. v. *Χερσεύει.*

Pariter dubitando locus est in fr. 487., quod ad Sinonem refertur. Hesychius s. v. *Ἀξέστους· τραχείας. Σοφοκλῆς σιώνῃ*: unde ut facile *Σίνωνι* exsculpas, sic nec *ἴωνι* esset

de nihilo. Potest enim σ ex fine praegressae vocis repetitum esse. Ceterum quod Adolphus Schoellius in Symboll. cognosc. Graecor. Tragoed. I, p. 313. cll. p. 274. Ionem et Creusam, Hipponoum et Iobatem, Laocoontem et Sinonem multosque alios fabularum Sophoclearum indices ad unam demum fabulam restringit: vereor ne nubem, ut ajunt, pro Iunone. Mihi haec probabiliter conjectata viderentur, si qui forte locus reperiretur, quem, ut hoc utar, hic ad Ionem, ille ad Creusam referret. Nunc autem, quum Sophocles binos docuerit Thyestas, binos Hercules, binos Alcmaeones Euripides, binas Melanippas, cur de Sophocleae venae ubertate tantopere detrahemus, ut ne diversarum quidem personarum fata, quanquam arte ligatarum, diversis fabulis conscribendis ipsi ansam materiamque dedisse suspicemur? Posset Schoellii opinio aliis quoque argumentis expugnari. Sed talia cito efflorescunt, citius marcescunt. De fabularum Sophoclearum numero accuratius quaesivit Clintonus Mus. Philol. Cantabrig. I, p. 74 sqq.

11. *Sophoclis Electrae* v. 1083 sq. (1071 sq.) ubi editur:

Οὐδεὶς τῶν ἀγαθῶν γὰρ
Ζῶν κακῶς, εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλει.

Γὰρ inseruit Hermannus, cui nec libri nec Orio et Stobaeus patrocinantur. Mutata versuum descriptione et quibusdam aliter conformatis huic carmini succurrebat Th. Bergkius apud Zimmermann. Diar. Philoll. 1836, 5. p. 48.

12. *Hesiodi Opp. et D.* v. 289 sqq.

13. *Isocratis ad Demonic.* p. 3. (2, 8. Dindorf.) *Ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κτῆσις οἷς ἂν ἀκιβδήλως ταῖς διανοίαις συναυξηθῇ, μόνη μὲν συγγηράσκει κτλ.*

14. *Ejusdem Nicocl.* p. 36. (28, 17. Dindorf.) Ibi recte scribitur *ἐν ταῖς αὐταῖς ἰδέαις ἁπάσας.* Pro v. *καρτερίαν* editur *ἐγκράτειαν*, pro *τῶν νέων* autem *τῶν νεωτέρων*.

15. *Plato Menone?*

16. *Thucydid.* II, 53.

TITULUS VIII.

Περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου.

Agnosces quendam ordinem literarum elementarem. Nam misso fr. 1. tria comparent Euripidearum fabularum elogia

Archelai, *Andromachae*, *Alcestidis*. Intercurrit quinto loco exhibitum *Plocii Menandreae* frustulum, quod locum suum commutasse ex eo intelligas, quod nomen poetae desideratur — ut ab initio inter complura Menandrea collocatum fuisse statuas —: rursus *Orestis Euripideae* reluctantur versus. Sed 7. 8. 9. bene procedunt: *Electra*, *Iphigenia* Euripideae, *Κυβερνῆται* Menandri.

1. Non memini versum legere.

2. *Archelai* fr. XXVI. ex Stobaei Floril. CV, 31.

Πάλαι σκοποῦμαι τὰς τύχας τὰς τῶν βροτῶν
ὡς εὖ μεταλλάσσουσιν· ὃς γὰρ ἂν σφαλῇ,
εἰς ὀρθὸν ἔστη χὠ πρὶν εὐτυχῶν πιτνεῖ.

Haec sine offensa fluunt. Similibus tamen vitiis haec offuscata in scriptis Stobaei exemplaribus atque apud Orionem. Versu primo ex uno codice B accessit *τάς*; altero *μεταβάλλουσιν* codex A. Mira vero ejusdem optimi libri conspiratio, qui loco vulg. *σφαλῇ* praebeat *ἀσφαλῶς* cum Orione, et *πίπτει* cum eodem pro vulgato *πιτνεῖ*, sed eo tamen verborum ordine qui ad verum ducat, *χὠ πρὶν εὐτυχῶν πίπτει*. Pro *χὠ* Arsenius *οὐχ*. Quicquid id est, qui locum concinnavit eruditus grammaticus, laudabiliter officio functus est, ut desperem meliora elici posse, etiamsi quis minus recedat a vestigiis librorum.

3. *Andromachae* v. 100 sqq.

4. *Alcestidis* v. 799 sqq. (792 sqq.). Versu quinto editur *κἄστ' οὐ διδακτόν*; sexto *ταῦτ' οὖν*.

5. *Ex Plocio Menandri.* Nomen poetae est statim post nr. 9. pariter neglectum. Recurrit idem versus in fragmentis incertarum fabularum Euripidis fr. LXXXVII. Matth., qui ex Ant. Melissa et Sancto Maximo Confessore protulit sic scriptum:

Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον [ἐν] οὐδενί.

Uncinis seclusa est *ἐν* vocula monitu Porsoni. Eodem modo legitur in Crameri Ann. Oxx. IV. p. 253, 32. Euripidis nomine addito. Sed eundem versum usurpant Rhetores; Hermogenes Walzii I, p. 25., ubi duo codices cum Orione *οὐδενός*, unus *ἐν οὐδενί*, duo ad mentem Porsoni *οὐδενί*: tum Aphthonius I, p. 68., ubi editur *οὐδενὶ*, sed codex Monacensis alter *ἐν* praefigit, sicut codex Mazarin. A. 86. apud Boissonad. Ann. Grr. I, p. 453.; et sic repetitus est in Anonymi

Epitome Aphthonii I, p. 130. et a Theodoro Metochita Misc. cap. 28. Eundem versum dicit opinor Tzetza in Hermogenem Cramer. Ann. IV, p. 545, 2. *Μενάνδρου τοῦτο πέφυκεν ἐκ δράματος Πλοκίου.* Denique Georgides Gnomologus in Boissonadii Ann. Grr. I, p. 69. *Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν τὸν βίον ἄλυπον οὐδενός* legit. Quum autem eodem versu et Menander dicatur et Euripides usus esse, alteri fortasse *οὐδενί*, alteri *οὐδενός* placuit scribere. Cur Boissonadius in Fragmm. Eurip., ubi ipsi est fr. ξβ', ediderit: *οὐκ ἔστι βίον εὑρεῖν ἄλυπον οὐδενί*, non exputo.

6. *Orestis* initium.

7. *Electrae* v. 365 sqq. (367 sqq.).

8. *Iphigeniae Aulidensis* v. 159 sq. In tanta raritate locorum ex hac fabula Euripidea citatorum non ingratum est testimonium Philosophi Stoici, cujus tractatum dialecticum edet Letronnius, qui v. 28. apponit, non addito quidem Euripidis nomine, sed ut non referat: quippe is omnia doctrinae suae firmamenta ex uno Euripide, inter Tragicos quidem, repetit, v. nostrum libellum de fragmentis poetarum Graecorum a Letronnio editis p. 5. Praeterea Longinus affert versus 1181. 1182 et dimidium sequentis in Walzii Rhett. IX, p. 592 sq. *Εὐριπίδης τὴν Κλυταιμνήστραν ἔλεον εἰςάγει κινοῦσαν μετὰ τὸν τῆς Ἰφιγενείας θάνατον.* Et vv. 1157. 58. Scholia Q Homeri Odyss. *Λ*, 430. *Εὐριπίδης εἰςάγει αὐτὴν λέγουσαν· Ἔγημας ἄκουσάν με κἄμβαλες βίᾳ κτλ.*, ubi Buttmanno *κἄμβαλες βίαν* scribendum rato humani quid accidit.

9. Hoc testimonio Orionis quam haec membra poetarum interdum amputando consiliis suis aptaverint Florilegiorum concinnatores perspicitur. Nam ex Stobaei Floril. XXII, 11. et Ant. Melissa Meinekius Menandr. p. 104. haec posuit:

Ὦ τρισάθλιοι
ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα·
αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν.

p. 301 q. Praeterea Meinekius ad Menandrum rettulit/cum Wyttenbachio et Porsono locum hunc Plutarchi Morall. II, p. 471. (v. fragmm. poetarum probabiliter ad Menandrum referenda VI. p. 302.) *Ὁ Πιττακὸς εἱστία ξένους· εἰςελθοῦσα δὲ ἡ γυνὴ μετ' ὀργῆς ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν· τῶν δὲ ξένων διατραπέντων, Ἑκά-*

στῳ τι, ἔφη, ἡμῶν κακόν ἐστιν, ᾧ δὲ τοὐμὸν, ἄριστα πράττει·

Οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται,
ἐπὰν δ' ἀνοίξῃ τὰς θύρας τρισάθλιος·
γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί,
ἀπὸ πλειόνων ὀδυνᾶτ', ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός.

In *Κυβερνήταις* igitur simile quid repraesentavit poeta, atque illud quod accidit Pittaco. Nam omnem locum ex *Κυβερνήταις* fluxisse ope Orionis nunc constat. Estque is sic concinnandus:

Οἷοι λαλοῦμεν ὄντες οἱ τρισάθλιοι
ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα·
οὗται γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπων φύσιν.
Οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται,
ἐπὰν δ' ἀνοίξῃ τὰς θύρας, τρισάθλιος·
γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί,
ἀπὸ πλειόνων ὀδυνᾶτ', ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός.

10. Eupolidis eximium fragmentum nunc demum ex situ et oblivione liberatum:

Ὡς πολλά γ' ἐν μακρῷ χρόνῳ γίνεται μεταλλαγαὶ
τῶν πραγμάτων· μένει δὲ χρῆμ' οὐδὲν ἐν ταὐτῷ ῥυθμῷ.

Est ex aliqua Parabasi. Arguit metrum, de quo Hephaestio p. 94. Gaisf. Ἄλλο ἀσυνάρτητον ὁμοίως κατὰ τὴν πρώτην ἀντιπάθειαν ἐξ ἰαμβικοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου καὶ τροχαϊκοῦ ἑφθημιμεροῦς, τοῦ καλουμένου Εὐριπιδείου· οἷον τὸ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἀρχίλοχον Ἰοβάκχοις (Delect. nostr. fr. 94.)·

Δήμητρος ἁγνῆς καὶ κόρης τὴν πανήγυριν σέβων.

Confer Hermanni Elem. D. M. p. 598 sq. Eo metro usum praeter Eupolidem novi neminem: at frequentatur Aristophani metrum quod *Εὐριπίδειον* vocat Hephaestio, Eupolideo illo et Archilocheo uno pede brevius, hoc:

Ἑῷος ἡνίχ' ἱππότας ἐξέλαμψεν ἀστήρ,

Euripidis fr. inc. CXCVIII., v. Scholia in Aristoph. Eqq. 753. et Hermannum ad Nubb. 1117.

Praeter metrum notabilis est structura verbi *γίνεται* cum nomine plurali feminini generis *συμφοραί*. Plato Symposio

p. 188, B. *Καὶ γὰρ πάχναι καὶ χάλαζαι καὶ ἐρυσίβαι ἐκ πλεονεξίας καὶ ἀκοσμίας περὶ ἄλληλα τῶν τοιούτων γίγνεται ἐρωτικῶν*, ubi unus Stobaeus *γίγνονται*, v. Interpretes. Cratinus junior Ath. XV. p. 669, B. *Μάχαι δ' ἄλλοισι καὶ πόνοι μέλοι*. Poeta, quem Sophoclem esse puto, apud Herodianum *περὶ σολοικισμοῦ* in Boissonadii Ann. Grr. III. p. 244. *Ἦλθεν δὲ λαοὶ μυρίοι πρὸς ἠόνα*. Id cur in verbis *ἦν*, *γίνεται*, similibus a capite sententiarum plerumque collocatis maxime sibi concessum putaverint Graeci caussa patet. Exempla alia dedit Matthiae in Grammatica §. 303, 1. et Osannus in Symbolis Hist. Litt. Gr. et Rom. I. p. 126 sq. cll. Fr. Frankio in Hom. Hymn. Ven. 90. Bernhardy quum in Syntaxi Gr. p. 417. ex Atticorum scriptis nihil ad hanc normam exigendum esse prodocet, exemplis supra positis redarguitur: *e reliquiis cascae Graecorum linguae* hoc esse censebat Schaeferus in Plut. V. p. 143., quem miror probatum esse Ellendtio Lex. Soph. I. p. 523. Vide Hermann. in Eurip. Ion. 1161. Ubicunque a probis scriptoribus haec structura usurpatur, menti ipsorum notio aliqua collectiva, ut ita dicam, obversatur. Ut in nominibus neutrius generis.

11. *Φανιέως* quid sit nescio. Sed omnis hic locus librarii inscitia pessime mulcatus est. Prior versus:

Ἄνθρωπος ὢν ἥμαρτον· οὐ θαυμαστέον,

is igitur ex Phanio Menandrea fluxisse videtur, cujus fabulae titulus apud alios in *Φανῷ* et *Φανίᾳ* depravatus reperitur. Ad sententiam facit locus *Βάτωνος ἐξ Αἰτωλοῦ* Stobaei Floril. XCVIII, 18. (Mei. IV. 499)

Ἄνθρωπος ὢν ἔπταικας, ἐν δὲ τῷ βίῳ
τέρας ἐστίν, εἴ τις εὐτύχηκε διὰ βίου.

Post illum versum Orio excitaverat locum Theognidis 963 sq.

Μή ποτ' ἐπαινήσῃς, πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνῶς
ὀργὴν καὶ ῥυθμὸν καὶ τρόπον ὅστις ἂν ᾖ.

Quorum quidem in codice Orionis vix umbram quandam agnoscas. At *ἴδῃς* certe praeter codices Theognidis apud Bekkerum duos corruptum exstat apud Stobaeum Floril. III, 28. et *ἄνδρα σαφηνῶς* in libris Stobaei pariter abiit in *ἄνδρας ἀφανέως* vel *ἄνδρα σαφανέως*.

12. *Demosthenis* in Leptinem p. 472. Rsk. (I, 336, 8. Dind.)

13. *Plato* Menone p. 97, E sq. *Καὶ γὰρ αἱ δόξαι αἱ ἀληθεῖς ὅσον μὲν ἂν χρόνον παραμένωσι, καλὸν τὸ χρῆμα καὶ πάντα τἀγαθὰ ἐργάζονται· πολὺν δὲ χρόνον οὐκ ἐθέλουσι παραμένειν, ἀλλὰ δραπετεύουσιν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου κτλ.* Post locum Platonis novus jam rerum nascitur ordo. Sequuntur flores Euripidei *ἀναμὶξ* nexi. Sic qui continuo positi sunt, excerpti sunt ex Hecuba omnes et ex ordine quidem versuum: in fine duo sunt loci ex Alcestide. Vide Prooem. p. 37.

14. *Euripidis Hecub.* 642. (615.)

Ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος
τοῦ πρὶν στερέντες.

15. *Ibidem* 663. (651.)

Ἐν κακοῖσι δὲ
οὐ ῥᾴδιον βροτοῖσιν εὐφημεῖν στόμα.

16. *Ibid.* 814. (795.)

17. *Ibid.* post v. 831. (811.) inseruntur vulgo hi versus, quos ab aliquo nugatore procusos eliminaverunt Matthiae et Hermannus. In Aldina sic scripti sunt:

Ἐκ τοῦ σκότους γὰρ νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων
φίλτρων ὁμοῦ τε τοῖς βροτοῖς πολλὴ χάρις.

In plerisque codicibus sic:

Ἐκ τοῦ σκότους γὰρ τῶν τε νυκτέρων πάνυ
φίλτρων μεγίστη γίνεται βροτοῖς χάρις.

Pulchre denique excerpta Vindobonensia:

Ἐκ τοῦ σκότους τε τῶν τε νυκτέρων βροτοῖς
φίλτρων μεγίστη γίνεται θνητοῖς χάρις.

18. *Ibid.* 836. (815.)

19. *Ibid.* 843 sq. (823 sq.)

20. *Ibid.* 846 sq. (825 sq.)

21. *Ibid.* 863 sq. (844 sq.)

22. *Ibid.* 957 sq. (930 sq.):

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν πιστόν, οὔτ' εὐδοξία,
οὔτ' αὖ καλῶς πράσσοντα μὴ πράξειν κακῶς.

23. Euripidis Alcest. 313. Idem versus est in Sententiis Singularibus Menandri v. 552. p. 334. Meinek.

24. *Ibid.* 1078. Idem exstat in Menandreis v. 471. p. 331. Meinek.

Lanx Satura Euripidea.

Primum occurrunt sententiae de Diis, 1—6. Tum de parentibus et liberis, 7—14. Postremo de *δίκῃ*, *σοφίᾳ*, *φρονήσει*, *ἀρετῇ*. Vide Prooemium.

1. Vide Orionis Anthologn. V, 4. Est ex Philocteta.

2. Novus locus, quocum eximie concordat Horatius Carmm. III, 23, 17 sqq.

Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia
Mollivit aversos Penatis
Farre pio et saliente mica.

Similia apposuit Mitscherlichius, cfr. Eurip. Danaae fr. XII, 4.

Ἐγὼ δὲ πολλάκις σοφωτέρους
πένητας ἄνδρας εἰςορῶ τῶν πλουσίων·
καὶ θεοῖσι μικρὰ χειρὶ θύοντας τέλη
τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους.

3. Novus rursus locus. Recte *δύςγνωστα*, non *δύςγνωτα*, ut alias *εὔγνωστος* Euripides. Uberrime disputantem de diversa horum verbalium formatione ejusque caussis et fontibus vide Lobeckium in Sophoclis Ajac. v. 704.

4. *Baccharum* v. 1150 sqq. (1142 sqq. Hermann.) Confirmatur libro Vindobonensi Hermanni scriptura, qui mutata vulgari distinctione ex Christi Patientiis v. 1143. *οἶμαι δ' αὐτὸ* revocavit in locum tralaticii *οἶμαί γ' αὐτὸ*, quod Reiskio obsecuti in *οἶμαι τ' αὐτὸ* mutaverunt Elmslejus et Matthiae. Pro *κτῆμα* versu tertio Euripides *χρῆμα*.

5. *Peliadum* fr. II., ubi quod apud Stobaeum illatum erat *τὰ τῶν θεῶν*, certatim expulerunt. Recte Vindobonensis. Sententiam expressit Euripides Homerici Iovis Od. *Α*, 32 sqq.

6. Non novi.

7. Duo priores versus Stobaeus Floril. LXXI, 2. affert nomine *Εὐριπίδου Ἡρακλειδῶν*, sed ex incerto dramate esse observavit Valckenarius Diatr. p. 228. Et Trincavellus solum habet nomen *Εὐριπίδου*. Est fr. inc. CCXLI. Versu altero *ὃ δ' ἐστὶ* Stobaeus Gaisfordii. Tres ultimi versus accedunt novi. In tertio *θέλῃ* attrectare nefas fuerit, licet prius *ὅστις* habeat indicativum. Exempla Euripidea sunto Alcest. 76. Ion. 855. et quae habent Lobeckius ad Ajac. 761. et Hermannus

de ἄν part. II, 15. Suppar quidem nostro loco exemplum non est in promptu. Sed ne sic quidem mutaverim vel conjunctivum hoc versu vel indicativum in primo. Quid intersit discriminis sentire proclivius est quam eloqui. Sententiam nobilissimis versibus exprimit Horatius Carmm. III, 2, 56.

Vetabo qui Cereris sacrum
Volgarit arcanae, sub isdem
Sit trabibus fragilemve mecum
Solvat phaselon. Saepe Diespiter
Neglectus incesto addidit integrum.

Dioscuri Euripidis Electr. 1354. (1349.)

Οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω
μηδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω·
θεὸς ὢν θνητοῖς ἀγορεύω.

Aeschylus Septem c. Th. 584. (587.)

Ἢ γὰρ ξυνειςβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ
ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει.

Caussam reddit Supplic. 238 sqq.

Κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος
τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασιν διώλεσεν
τὸν οὐ νοσοῦντα κοὐδὲν ἠδικηκότα.

Eandem sententiam per medelam ingeniosam intulit Bergkius noster in locum Theocriti *insanabiliter corruptum* (sic Meinekio visum) XXVI, 27 sqq.

Οὐκ ἀλέγω· μηδ' ἄλλος ἀπεχθομένου Διονύσῳ
φροντίζοι· μηδ', εἰ χαλεπώτερα τῶνδ' ἐμόγησεν,
εἴη ὅδ' ἐνναέτης κοινᾶς τ' ἀκάτω ἐπιβαίνοι.

An probabiliter correxerit alia quaestio. Sed valde dubito.

8. *Erechthei* fr. XIX. ex Stobaei Floril. LXXVII, 4.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μητρὸς ἥδιον τέκνοις·
ἐρᾶτε μητρός, παῖδες, ὡς οὐκ ἔστ' ἔρως
τοιοῦτος ἄλλος, οἷος ἡδίων ἐρᾶν.

Versu primo recte Excerpta Vindobonensia *οὐκ ἔστι μητρὸς οὐδέν*. Tertio versu Boissonadius et Matthiae calidius Grotii *οἰκείων* pro *ἡδίων* amplexati sunt: poetae manum rursus custodivit Vindobonensis liber sinceram.

9. 10. *Heraclidarum* v. 298 sq.

Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,

ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι.

Cum nostris Excerptis facit Stobaeus Floril. LXXVII, 3., qui tertium quoque versum nullo lemmate interposito addidit. Avolsit Grotius, qui pro καὶ τοῖς τεκοῦσιν dedit χρὴ τ. τ., vide Valckenarii Diatrib. p. 228. Matthiae tertius versus, quem et ipsi separavimus, est fr. inc. fabb. CCXXXIII.

11. *Alopae* fr. V. apud Stobaeum Floril. LXXVII, 29.

Ἐγὼ δ', ὃ μὲν μέγιστον, ἄρξομαι λέγειν
ἐκ τοῦδε πρῶτον· πατρὶ πείθεσθαι χρεὼν
παῖδας, νομίζειν τ' αὐτὸ τοῦτ' εἶναι δίκην.

Ex nostris excerptis δ' αὐτὸ versu tertio adoptabis. Nec illico quisquam repudiaverit ὅθεν versu primo. Nam quum poetae scribendum esset: ἐγὼ δ' ὅθεν ἄρξομαι λέγειν, μέγιστον ἐστὶ τόδε, illud ὅθεν assimilavit v. ἐκ τοῦδε, ut Soph. Trach. 701. Ἐκ δὲ γῆς, ὅθεν προὔκειτ', ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροί, v. Kruegerum de Attract. p. 302 sqq. Simplicitate tamen sua praestare videtur scriptura Stobaei. Nec plane simile est exemplum Sophocleum.

12. Non novi. De formis κύρειν et κυρεῖν dixit Ellendtius Lex. Soph. I. p. 1101?

13. Nec hoc novi. Digna vero Philoxeno Plautino sententia.

14. Nec hoc.

15. *Electrae* v. 949 sqq. (954 sqq.)

Μή μοι, τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς,
νικᾶν δοκείτω τὴν δίκην, πρὶν ἂν πέλας
γραμμῆς ἵκηται καὶ τέλος κάμψῃ βίου.

Exquisitiora praebet Excerptor Vindobonensis. Quanquam τέλος δὲ κάμψαιμ' ὥσπερ ἠρξάμην βίου est Hippolyt. 87. et ὅταν δὲ κάμψῃς καὶ τελευτήσῃς βίον Helen. 1685. cll. Soph. Oed. C. 91.

16. *Andromedae* fr. XXXII.

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς
ἐγγύς τε ναίειν τῆς βροτῶν τιμωρίας.

Prior versus exstat rursus inter *Antiopae* fragmenta XVI.

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι χρόνου.

Iam cum Vindobonensi codice χρόνου etiam priori fragmento reddes. In altero versu Musgravius perversa scriptura τιμωρίας in fraudem implicatus τῶν βροτῶν scribendum putabat,

quod esset: *Et Poenas in vicinia hominum habitare.* Talia in futurum reprimet Grammaticus noster, per se incredibilia et vana.

17. *Antiopae* fr. XXXI. ex Stobaei Floril. LIV, 5.

Γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
εὖ δ' οἶκος, εἴς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα·
σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλέον κακόν.

Versu primo *γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν* invitus derelinquo. Quanquam *ἰσχύει* refragatur. Tertio versu vulgo *εὐβούλευμα:* codex A *εὐβούλευμα* supra scripso *γρ. ἕν.* Et sic *ἓν βούλευμα* B. Ab iisdem partibus stant Galenus, Sextus, Plutarchus alii. Versu eodem *χεῖρας* cum Vindobonensi (*χείρας*) codex A. Mihi non displiceret *τὰς χεῖρας σοφάς,* quod argute dictum foret, comparabile Aeschyleo illi injuria suspectato *χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον.* Ultimo versu *πλεῖστον* recte Sextus et Scholia Veneta Iliad. *N*, 372., cfr. Valckenarii Diatr. p. 72 sq. Exstat Nicolai exercitatio rhetorica Walzii Rhett. I. p. 278 sq. profecta ex dicto Euripideo: *Σοφὸν ἓν βούλευμα ὑπὲρ χεῖρας πολλάς.* Rursus Doxopater ibid. II. p. 303, 25. *Σοφὸν ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ.*

18. *Hippolyt.* 916 sqq. Versu 3. editur *οὐδ' ἐθηράσασθέ πω,* sed libri plures *οὐδὲ δὴ θηρᾶσθέ πω, οὐδὲ θηρᾶσθαι δέ πω.* Fortasse *οὐδὲ θηρᾶσθ' οὐδέπω.*

19. Vide Orionem VII, 4.

20. *Oedipi* fr. IX. ex Stobaei Floril. I, 3.

Οὔ τοι νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον
καὶ χρυσός ἐστιν, ἀλλὰ χἠ ρετὴ βροτοῖς
νόμισμα κεῖται πᾶσιν, ᾗ χρῆσθαι χρεών.

Sophocli tribuit Clemens Alex. Stromm. IV. p. 574. Potter. *Οὔκουν μόνον τοῦτο νόμισμα λευκὸς ἄργυρος ἢ χρυσός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀρετὴ βροτοῖς, ὥς φησιν ὁ Σοφοκλῆς.* Videtur Clementi obversari Antigonae v. 294 sq.

21. Fragmentum incert. fab. IV. Matth. ex Stobaei Floril. I, 6. apud Gesnerum: codices Gaisfordii non exhibent. Docet Grammaticus Vindobonensis Valckenarium Diatr. Eurip. p. 165. Sophocli vindicasse immerito. Versu tertio vulgatum *ἀσφαλείας* posthabendum nostrae scripturae. In quarto Gesnerus *αὔξεται τελειουμένη.* Maculam varie eluebant: Valckenarius, ut erat exquisitiorum amator, *αὔξετ' ἠγλαϊσμένη,* Grotius *αὔ-*

ξεται τελουμένη, Schowius et Musgravius et Valckenarius in MSS. notis αὔξεται λειουμένη. Unus Conradus Rittershusius, Brunsvicensis, assecutus est manum poetae, quam praestat liber Vindobonensis.

22. *Archelai* fr. VIII. ex Stobaei Floril. LI, 4.

Νεανίαν γὰρ ἄνδρα χρὴ τολμᾶν ἀεί·
οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥάθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ,
ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐδοξίαν.

Codex Vossianus εὐανδρίαν. Rursus ibidem XXIX, 32.

Οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥάθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ,
ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν,

ubi in codice A εὐγενὴς suprascriptum, quod B habet m. sec. In fr. inc. fabb. LI, 7. redit versus:

Οἱ γὰρ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν.

Idem fr. advoces ad sustentandam nostrae scripturae veritatem v. 1. ὄντα pro vulgato ἄνδρα. Nam sic ibi est:

Νεανίας γὰρ ὅστις ὢν Ἄρη στυγεῖ,
κόμη μόνον καὶ σάρκες, ἔργα δ' οὐδαμοῦ.

Nec πονεῖν rejiculum videtur.

Parergon III.

Spicilegium fragmentorum Sophocleorum.

1. Ἀμφιαράου Σατυρικοῦ.

Crameri Ann. Oxx. I. p. 344, 9. Πολιοῖο]*) ὄνομα ἐπιθετικόν· οὐκ ἀγνοοῦμεν τὴν ἀκριβῆ γραφὴν πελιοῖο·

---

*) Il. κ, 334. Dolo

ἕσσατο ἔκτοσθεν ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο.

Ubi πελιοῖο scripsisse quosdam et Scholia videntur innuere licet omissione plurium verborum luxata et Grammaticus Crameri contestatur aperte. Scholia AD: πολιοῖο· λευκοῦ, τεφρώδους, διὰ τὴν τῆς χρόας ἰδιότητα· καὶ γὰρ Πελίαν ἐντεῦθέν φασιν ὀνομάσθαι· [hinc discitur, λευκοῦ et τεφρώδους discernenda esse interposito ἢ: λευκὸς redit ad πολιός, τεφρώδης ad πελιός: haec Aristophanis scriptura fuisse videtur, vide Scholia paullo post: ἄλλως· λευκοῦ ὡς ἄφρων· κατάφωρος γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο· ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τεφρώδους φησί· λέγει γὰρ μὴ εἶναι λύκον λευκόν.] Τυρὼ γὰρ ἡ Σαλμωνέως γεννήσασα δύο παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος, παρὰ τοῖς Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ ῥείθροις κατέλιπε· τὸν μὲν οὖν ἕτερον κύων ἀφαιρεθέντων αὐτῆς τῶν τόκων (τέκνων D) παρέχουσα θηλὴν ἔτρεφε· τὸν δὲ ἕτε-

οὐ γὰρ ἁρμόζον τὸν ἐπὶ κατασκοπὴν ἐξιόντα λαμβάνειν λευκὸν δέρμα· πελιοῦ οὖν παρὰ τὸ πέλλω (scr. πελλός)·
"Ενθ' οὔτε πέλλεις οἶ ἄγραυλος βότος,
Σοφοκλῆς ἐν Ἀμφιαράῳ Σατυρικῷ. Ἑλλάνικος δέ· Καὶ τὸν Πελίαν ὠνόμαζον (legitur ὠνομάζετο, Sauppius volebat ὠνόμαζε, sed vide Scholl. Il. in nota allata), ἐπεὶ ἐπελιώθη αὐτῷ ἡ ὄψις λακτισθέντι ὑπὸ τοῦ ἵππου. χωρὶς εἰ μή τις λαμβάνει κατ' ἀντίφρασιν τοῦ μέλανος.

Cramerus versum Sophocleum sic refingebat:

ἔνθ' οὔτε πέλλεις οἷά τ' ἄγραυλος βοτήρ,

ut de πέλλω verbo non videatur dubitasse. Id autem novum est et inauditum. Ut Grammatici doctrinam depravatam esse intelligamus et tenor ipse admonet et suggerit memoria Erotiani Lex. Hippocr. p. 306. Πέλον· ὑπόφαιον. ἀγνοοῦντες δέ τινες γράφουσι πέλιον· ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ φησί·

Κυνὸς πέλης τε μηκάδος βοὸς ῥινέων.

Sic libri, nisi quod alii ῥηνέων. Probabiliter Brunckius μηκάδος ῥινὸν βοός, nisi quis cum Dindorfio Ellendtioque Lex. Soph. II. p. 545. βοὸς in fine versus positum fuisse conjiciat. Rettulere versum ad Amphiaraum, vid. fr. 122. Dindorf.: errorem monstrant Anecdota Crameri. Obscurior tamen doctrina Erotiani: nam πέλος an πέλιος ex poeta attulerit vix dignoscas. In fragmento Amphiarai conjeceris sic fere scribendum esse:

ἐνδύντα πελλῆς ῥινὸν ἀγραύλου βοός.

Memorantur enim formae πέλος, πελλός (Theocr. V, 99. τὰν οἶν τὰν πελλάν), πελιός, ut apud Photium πελιοί· μέλανες, ὠχροί, cfr. Hesych. s. v. Accuratissime Et. M. p. 659, 35. Ἐτυμολογεῖται (πέλεια) παρὰ τὸ πέλαν (πελὸν codex Paris.), ὃ σημαίνει τὸ μέλαν. Καὶ πελίωμα τὸ μέλαν (τὸ μελανὸν

ρον, ἵππος κατὰ τὸ μέτωπον ἐπάτησεν· ἐπελθόντες οὖν οἱ ἱπποφορβοὶ ἀνελόμενοί τε τὰ παιδία ἔτρεφον· καὶ ὠνόμασαν τὸν μέν, ἐπεὶ ἐκ συνδρομῆς αἵματος ἐπελιώθη, Πελίαν, τὸν δ' ἕτερον, ἐπεὶ κύων κατηλέησεν, Νηλέα. Haec fuit Hellanici narratio, cujus memoriam insere Sturzianis post fr. XI, p. 54. Ad ἀφροσύνην Dolonis interpretando refert πολιοῖο cum Scholiis Eustathius. Verum est πολιοῖο: quippe quod perpetuum sit λύκου epitheton. Πολιὸς et πελιὸς alias quoque de sede certant, v. Nicand. Ther. 279. Apoll. Rhod. II, 124. Ruhnken. Ep. Crit. II, p. 205. Pierson. ad Moerid. p. 325.

χρῶμα codex Havn. cum Et. Gud. p. 458, 27.). *Καὶ γὰρ πέλλην* (Codex Havn. πέλην: corrige πέλον vel πελλὸν) *λέγουσι βοῦν τὸν τοιοῦτο χρῶμα ἔχοντα. Καὶ Πέλλη πόλις Μακεδονίας, ὅτι βοῦς αὐτὴν εὗρε πέλλη τὸ χρῶμα* (v. Sturz. de Dial. Maced. p. 44.). *Καὶ ὁ πελίας ὄνος*. Mihi probabile est, recte Salmasium πελλός desiderasse apud Sophoclem etiam in priore fragmento, v. Ellendtium l. c., ut Erotianus πελιὸν formam rejecisse censendus sit. Unde Sophoclis verba ἐν Ποιμέσι haec videntur fuisse:

Κυνὸς πελλῆς τε μηκάδος βοὸς
ῥινόν.

Nunc non sine laetitia video Franzium ad Erotian. l. c. πέλλης afferre ex codice D: in lemmate πέλλον ex Bartholomaei Eustachii et Iuntae exemplaribus. Probavit igitur πέλλος — de accentu dixit Ellendtius —, reprobavit πελιός.

2. *Μάντεων.*

Cramer. Ann. Oxx. I. p. 226, 6. *Τὸ θέμα κλείω, ὅπερ οἱ Ἴωνες κλῄω διὰ τοῦ ῃ· καὶ Θουκυδίδης καὶ τραγικοί· καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσι·*

Ψυχῆς ἀνοῖξαι τὴν κεκλῃμένην πύλην.

Οἱ Κωμικοὶ δὲ διὰ διφθόγγου τὸ κλεῖθρον ἐξ αὐτοῦ· καὶ ἐχρῆν κλεῖστρον, ὡς σείω σεῖστρον· ὁ μέντοι ἀόριστος ἐκλείσθην λέγεται, ὡς ἐπὶ τοῦ χρίω κέχριμαι, ἐχρίσθην.

In versum Sophoclis, quem aliquis ad vatem vel vates ipse proferebat, irrepserat praeter Grammatici mentem *κεκλισμένην*. Eximie hic locus confirmat ea quae Ellendtius novissime disseruit de scriptura v. κλῄω apud vetustiores scriptores Atticos, v. Lex. Soph. I. p. 964. cll. Lobeck. in Ajac. 1274. Cum dictionis magnificentia comparandus Euripides Medea 661. *Καθαρὰν ἀνοίξαντα κλῇδα φρενῶν.*

3. *Incertae fabulae.*

Crameri Ann. Oxx. IV. p. 329, 19. *Τὸ ἐτὴρ παρὰ τὸ ἔτος· Σοφοκλῆς·*

Ἐτῆρας ἄμνους θεοῖς ἐρέξας ἐπακτίοις·

γράφεται δὲ καὶ εὐείρας.

Si haec ex fabula satyrica sunt, leni accentus correctione res transigetur in v. ἔρεξας: sin minus, *θεοῖσι ῥέξας ἀκτίοις*

probabile erit a poeta profectum esse. Verum alios εὐείρας legendo numeros pessumdedisse quis credat? Vide de hac voce Ellendtii Lex. Soph. I. p. 701. Dubitanter εὐήρας proposuerim, quod rediret ad i. q. e. εὐήρ, ut Homericum ἐρίηρες ἑταῖροι ad nominativum ἐρίηρ. Estque id fortasse reponendum apud Hesychium: εὐήρας ἵππους: εὐαγώγους καὶ εὖ ἡρμοσμένους. Possis εὐήρας. Sed codex Venetus εὐηρέας. Ceterum ἐτῆρες ἄμνοι diis litoralibus sacrificati admonent Homericorum βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον, quae vovetur Minervae. Litorales autem Dii sunt Pan, Theocrit. V, 14., Apollo, Apoll. Rhod. I, 404., Venus et rell.

4.

Cramer. Ann. Oxx. I. p. 223, 9. Ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐν ὑπερθέσει κίρκος (loco vulg. κρίκος)

Ῥήξασα κίρκους

παρὰ Σοφοκλεῖ, ὥσπερ τὸ κερκίς· παρὰ τὸ κρέκειν γάρ. Hesychius: Κίρκοι· κρίκοι· πάντα τὰ ἐπικαμπῆ κίρκοι καλοῦνται.

5.

Ibid. p. 268, 22. Λέληφα καὶ εἴληφα· ἐκ τούτου καὶ τὸ ἀπείληφα καὶ τὸ παθητικὸν λέλημμαι. Σοφοκλῆς·

Οἴ μοι λέλημμαι.

De hac forma Tragicis non inusitata vide Elmslejum in Eurip. Bacch. 1100.

6.

Scholl. Il. Π, 142. Ἐπίστατο· ἠδύνατο. Καὶ Σοφοκλῆς·

Οὐ πώποθ' ὑμᾶς συμβαλεῖν ἐπίσταμαι.

7.

Scholl. Victoriana Il. Σ, 274. Σθένος τὴν δύναμιν, ὅ ἐστι τὴν στρατιάν· οὕτω καὶ οἱ συγγραφεῖς δύναμιν καλοῦσι τὸ στράτευμα. Καὶ Σοφοκλῆς·

Ἐν τοῖσιν ἵπποις τοῖσιν ἐκλελειμμένοις
ἴδιον εἰ χωρῶμεν ἢ παντὶ σθένει.

Scripserim:

Σὺν τοῖσιν ἵπποις τοῖσιν ἐκλελεγμένοις
ἴδωμεν εἰ χωρῶμεν ἢ παντὶ σθένει.

Ἐκλελεγμένοις, h. e. ἐκλέκτοις. An ἐκλελημμένοις, h. e. ἐξαιρέτοις?

8.

Scholiasta Aeschinis *Παραπρεσβ.* §. 121, 1. (p. 246. Bekker.) ab Imm. Bekkero nuper editus: *Ὑπομερίζων καὶ διαβάλλων, ὡς Σοφοκλῆς Αἴαντι φάσκει δατούμενος· τὸ γὰρ αὐτὸ δύναται.*

In Ajace Flagellifero nihil ejusmodi legitur. Nec facile quisquam de Locro cogitet. Obversatus videtur Scholiastae versus Trachin. 788.

Τὸ δυςπάρευνον λέκτρον ἐνδατούμενος.

9.

Cramer. Ann. Oxx. I. p. 83, 27. *Ἄντομαι τὸ ἱκετεύω· — καί·*

Ἀλλ' ἀντόμεσθα πρὸς Ζηνὸς Ὀλυμπίου.

Haec Sophoclea videntur. Forsitan sic emendanda:

Ἀλλ' ἀντόμεσθα πρὸς Διὸς τοὐλυμπίου.

In Et. M. p. 115, 1. reliqua consignata sunt ut apud Epimerismorum auctorem. Eundem fontem habebat uterque; sed, ut non raro fit, plenior est Grammaticus Oxoniensis. Veluti h. l. versus Sophocleus excidit: reliqua ad verbum conspirant.

10.

Herodianus *περὶ σολοικισμοῦ* ap. Boissonad. Ann. Grr. III. p. 244. post allatos versus Antigonae 699 sq. pergit: *ἐπὶ δυϊκοῦ·*

Αἴαντε δ' ὁρμήσαντες ἐκ ξυνωρίδος,

ἔδει γὰρ ἐπενεχθῆναι δυϊκῷ δυϊκόν. Similiter locutus est Alcman supra p. 3., quem adde iis quae Bernhardy Syntax. p. 420. attulit. Sophocli video haec vindicare etiam Schoellium Tragodum. I. p. 342., qui verba recte explicavit.

Haec habui Sophoclea, quae quidem neque Dindorfius neque Ellendtius attigerint. Addam unum hoc de Ajacis versu 15. multum disceptato. Nam idem Parisinus Scholiasta Aeschinis, de quo paullo ante dixi, p. 228. Sophoclis verba mira interpolatione depravavit. Scribit enim sic: *Εὐμαθὴς λόγος λέγεται ὁ εὔγνωστος καὶ εὐκόλως καταλαμβανόμενος. Καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ·*

Ὡς εὐμαθές μοι κἂν ἄγνωστος ᾖς ὅμως
φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί.

Nempe ex vocis *εὐμαθές* explicatione *εὔγνωστον* furtim *ἄγνωστος* in locum verae scripturae *ἄποπτος* subrepsit. Ceterum

suis verbis Sophoclea intexuit Epistolographus Byzantinus in Crameri Ann. III. p. 167, 5. Ὦ πόθεν μοι φανεὶς, θειότατε Καῖσαρ; πόθεν ἄρα μοι βάλλει τὴν ἀκοὴν τῆς σῆς φωνῆς τὸ Στεντόρειον; ὡς εὐμαθὲς σου, κἂν ἄποπτος ᾖς ὅμως φώνημ' ἀκούω, καὶ ὅλῃ τῇ ψυχῇ τῷ τοῦ λόγου ἐπίχαρι. *Ex conspectu remotum* interpretatus esse videtur hic quidem Sophoclis ἄποπτον.

Parergon IV.

Spicilegium fragmentorum Euripideorum.

1. Ἀλκμαίωνος τοῦ διὰ Ψωφῖδος.

Glaucino praetore Ol. LXXXV, 2. cum Cressis, Telepho, Alcestide secundo loco commissam esse Alcmaeonem τὸν διὰ Ψωφῖδος discimus ex didascalia Alcestidis, quam e codice Vaticano nuper prodidit G. Dindorfius. Quum igitur Scholia Aristoph. Rann. 67. ex fide didascaliarum referant, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας, Alcmaeonem patet τὸν διὰ Κορίνθου dici, quod Boeckhii gratia moneo Gr. Trag. Princc. p. 20. 222. Pariter nunc liquet, quum Scholia Eqq. 1299. Aristophanem testentur ad *Alcmaeonem* Euripideam respexisse, Equites autem Ol. LXXXVIII, 4. docta sit: priorem intelligi Alcmaeonem. Unde fr. VIII. Matth. non jam cunctanter fragmentis Alcmaeonis τοῦ διὰ Ψωφῖδος inserendum erit. De qua fabula juvabit consuluisse quae narrat Adolphus Schoellius in Tragodumenôn T. I. p. 132 sqq.

Ex illa fabula, si Barnesius modo verum vidit, servavit locum permirum Scholiasta Pindari Nem. IV, 32. (Matth. fr. II.) hunc: Ἀμφιτρύωνος ἀντὶ πατρωνυμικοῦ τοῦ Ἀμφιτρυωνίδου — ὡς καὶ Ὅμηρος λέγει Ὑπερίονος Ἠελίοιο, ἀντὶ τοῦ Ὑπεριονίδου. Καὶ Εὐριπίδης·

Ὅ σοι χρυσοῦν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ' ἐμέ,
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

Οὐ γὰρ ὁ Οἰδίπους ἤνεγκε χρυσοῦν ὅρμον εἰς Ἄργος, ἀλλ' ὁ Πολυνείκης καὶ ἔδωκεν Ἐριφύλῃ. ἔστιν οὖν Οἰδιποδίδης δ' ἐμὲ, ὁ Πολυνείκης.

In illis versibus castigandis quanto opere desudaverint homines docti, vel a numerorum corruptione sibi non caventes,

dici vix potest. Illud enim pro certo ponunt, Grammaticum inscite Polynicem interpretari Oedipum. Hinc Valckenarius *'Ωιδίπου* scripsit, quod ille vel Boeckhio approbavit. Nec diffiteor habere hanc emendationem quod blandiatur. Quanquam sunt tamen certa illius usus, quem tangit Grammaticus, exempla non in fabulosis solum personis, sed in historicis, veluti Theocritus aliique apud Meinekium in Theocr. VII, 40. Asclepiadem Samium a patre Sicelida voçant Sicelidan. Rursus in tanta Graecorum circa commutanda inter se varieque figuranda nomina propria lubidine vel patronymica usurpantur pro primitivis, v. Lobeck. Aglaoph. p. 982., Meinek. Theocr. XVIII, 5. Illud facile largior, quum Grammatici hoc opinationum perfugio usi sint saepenumero et abusi, cautionem esse adhibendam, ne specie quadam veri seducti laqueis irretiamur. Sic lapsi sunt veteres Grammatici in Homerico *'Υπερίων*, sic in Pindari Amphitruone, sic Chaeris, quum testibus Scholl. Arist. Rann. 1055. (1060.) *Δαρείου ἀντὶ τοῦ Ξέρξου* dictum esse autumavit, inculcans ille usum illum his verbis: *σύνηθες γὰρ τοῖς ποιηταῖς ἐπὶ τῶν υἱῶν τοῖς τῶν πατέρων ὀνόμασι χρῆσθαι.*

Ut revertar ad locum Euripideum, novas cum nova luce tenebras offundit Grammaticus Baroccianus de Barbarismo et Soloecismo, quem ediderunt Cramerus in Museo Philol. Cantabrig. Vol. II. p. 112. et Boissonadius Ann. Grr. III. p. 239. *Περὶ τὰ γένη (γίνεται σολοικισμός), ὡς Εὐριπίδης·*

'Ω Κύπρις, ὡς ἡδεῖα καὶ μοχθηρὸς (εἶ).

περὶ τοὺς ἀριθμούς·

Τὸ μέν τι χαίρω, τὸ δέ τι καὶ λυπούμεθα.

περὶ τὰ εἴδη·

"Ος Οἰδίπουν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ' ἐμέ.

Apud Boissonadium haec ultima minus emendate scripta *περὶ τὰ εἴδη, ὡς· Οἰδίπουν κτλ.*

Apparet jam, constantem hanc fuisse Grammaticorum veterum doctrinam, non illam, quae Valckenarii fuit criminatio, in cerebello Grammatici Pindarici natam. Hinc dubitationibus nostris si non plane renunciandum, at diffidendum tamen erit. Si igitur fides est veterum magistrorum decretis, haec erant Euripidis verba:

"Ος Οἰδίπουν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ' ἐμέ,

χρυσοῦν ἐνέγκων ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

Narrabat haec, ut opinor, Alcmaeo regi Psophidis Phegeo, qui ipsum matris caede pollutum lustraturus esset. Poteratque Alcmaeo jure suo perniciem suam ad Polynicem referre auctorem, quandoquidem mater Eriphyla aureo monili capta Amphiaraum maritum ad societatem belli Thebani instigaverat. Isque discedens quum Alcmaeoni filio necem matris injunxisset, is perpetratis jussis paternis mente captus errabat. Sed quod Euripides ὅς Οἰδίπουν ἀπώλεσε dixit, Eteoclem ego intelligendum arbitror, qui Polynicem abegisset atque perdidisset.

Cramerus illum versiculum priorem ad Oedipum Euripidis adscribendum putabat. Similitudinem quandam habent illa Oedip. fr. X.

Φθόνος δ' ὁ πολλῶν φρένα διαφθείρων βροτῶν
ἀπώλεσ' αὐτὸν κἀμὲ συνδιώλεσεν.

Praeteriens moneo, duos illos versus:

Ὦ Κύπρις, ὡς ἡδεῖα καὶ μοχθηρὸς εἶ

et:

Τὸ μέν τι χαίρω, τὸ δέ τι καὶ λυπούμεθα

et ipsos esse Euripidis. In priore versu addidi εἶ : μοχθηρὸς duarum terminationum esse voluit poeta: ἀττικῶς, ut ajunt veteres magistri. Aliud exemplum non succurrit. In altero qui περὶ τοὺς ἀριθμοὺς commissus dicitur σολοικισμός, poeta affines ejusdem peccati habet alios et poetas et numeris solutos scriptores, vide Lobeckianas copias ad Ajac. p. 152. Quae facile possunt ex ipsius Euripidis fabulis augeri. —

Sed illi versus multum jactati ut sola Barnesii conjectura, quanquam non improbabili illa, ad Alcmaeonem τὸν διὰ Ψωφῖδος referuntur: sic disertam ejusdem fabulae mentionem facit Epistolographus Byzantinus, in Epistola πρὸς Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν περὶ τῆς ὁμαίμων φωνῆς ἐρωτήσαντα, in Crameri Ann. Oxx. III. p. 194, 1. Verba haec sunt: Δηλοῖ (καὶ) τὸ αἷμα πολλάκις καὶ τὸν φόνον αὐτόν· — τοιοῦτον δέ τι δοκεῖ τῷ (l. τὸ) παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ διὰ Ψωφῖδος Ἀλκμαίωνι·

Αἷμα γὰρ (φησι) σὸν μήτηρ ἀπενίψατο,

τουτέστι καθάρσει τινὶ τὸν τῆς μητροκτονίας ἀπενίψατο μολυσμόν. Δηλοῖ μὲν οὖν τὸ αἷμα τὸν φόνον.

Verba, numeris quidem laxata, sunt Arsinoae, ut opinor,

Phegei filiae, quae Alcmaeoni lustrato nupsisset, admonentis eum, *matrem ipsius caedem suam ipsi abluisse.* Sed quum Phegeus ipse Alcmaeonem lustrasse feratur, *μητρὸς* potius rescribendum erit. Quod eo certius est, quia Grammatici explicatio verborum Euripideorum ad eam scripturam relabitur. Est igitur: *is enim sanguinem tuum maternum tibi abluit.*

Valde memorabilis est ista Epistola propterea, quod auctor usus est *Συγγενικῷ* Aristophanis Byzantii. Vel excerptis ejus libri. Vide p. 193, 18 sqq. *Τοῦ ὁμαίμου ἢ καὶ ὁμαίμονος ἀπό τε τῶν βίβλων Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ καὶ Σόλωνος τοῦ νομοθέτου καὶ τῶν ἄλλων σοφῶν ποιήσομαι σοι τὰς μαρτυρίας.* Et p. 149, 16. *Ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοφάνης, οὐχ ὁ τὰς κωμῳδίας συγγράψας, ἀλλ' ὁ γραμματικώτατος, ἐν τῷ Συγγενικῷ περὶ διαφορᾶς τῶν ἀδελφῶν διαλαμβάνων κτλ.* Ceterum qui quod sciam praeter hunc Grammaticum solus Aristophanei libri mentionem injecit Eustathius Il. p. 648, 52. *Συγγενικὰ* appellat. Ex hoc fonte manavit quicquid ille testimoniorum advocat: sic p. 195, 6. *Πλάτων, οὐχ ὁ φιλόσοφος, ἀλλ' ὁ Κεραμικώτατος* (en facetias hominis nugivenduli), *ᾧ καὶ Κρατῖνον οἶδα συνᾴδοντα, ἀορίστως ἐπὶ συγγενείας λάβει* (sic) *τὴν ὅμαιμος λέξιν· καὶ ἀπεμνημόνευσα ἄν σοι τῶν ἰαμβείων ὅλων, εἰ μὴ ὁ χρόνος τὸ μέτρον καὶ τὴν λέξιν ἐξείλετό μου. Ἀλλὰ τόν γε νοῦν τοῦ βιβλίου ἀκριβῶς ἀποτεταμίευκα. Λέγει γάρ που κἀκεῖνος·*

Οὐδεὶς ὁμαίμου συμπαθέστερος φίλος
κἂν ᾖ † τοῦ γένους μακράν.
Οὐ γὰρ πᾶσαν τὴν κωμικὴν ἐξεμελέτησα συλλαβήν. Λέγοι δ' ἂν ὁ ἀνήρ, μᾶλλον εἶναι φίλους τοὺς συγγενεῖς, κἂν μὴ ἡμῖν ἀγχοῦ καθεστήκασι γένους, τῶν ξένων καὶ ὀθνείων.

Memorabilia praeterea quae exstant ibid. 18. *Οἶδα καὶ Νίκανδρον τὸν τὰ Θηριακὰ συγγραψάμενον καὶ τὰ Ἀλεξιφάρμακα ὅμαιμον τὸν συγγενῆ που προςαγορεύσαντα· γράφων γὰρ ἐκεῖνος πρὸς τὸν Ἑρμησιάνακτα ὅμαιμον αὐτὸν ὀνομάζει* (Ther. v. 3.)·

Φίλε (γάρ φησιν) Ἑρμησιάναξ, πολέων κυδίσταθ' ὁμαίμων.

Καὶ δῆλον ὡς οὐκ ἀδελφὸν αὐτὸν ὠνόμασεν, ἐκ τοῦ καὶ

τινα τῶν ἀντιγράφων πηῶν ἔχειν τὸ τοῦ μέτρου ἀκροτελεύτιον· (ἐν) ἐνίοις γὰρ τῶν βιβλίων οὕτως ἐφεύρομεν·

Πολέων κυδίστατε πηῶν.

Ὁ δὲ πηὸς συγγενής ἐστι δήπουθεν.

In omnibus codicibus Nicandri κυδίστατε παῶν — quae forma Dorica in Scholiis signatis verbis Nicandro, Antimachi et civi et aemulo, vindicatur — repertum est. Si revera πηῶν nonnisi ἐν τισὶν τῶν ἀντιγράφων aliquando ferebatur, in plerisque ὁμαίμων: apparet ad nos hujus Nicandrii carminis recensionem venisse Aristophanis aetate minus celebratam, alterius rara vestigia cerni. Ruhnkeniani κηδέστατε (Ep. Crit. II. p. 289.) a Scholiasta quodammodo monstrati nullum apud Grammaticum nostrum vestigium.

2. *Antiopae.*

Amphio lyram a fratris vituperiis vindicaturus a Mercurio inventam appellatamque monebat:

Λύρα βοῶν γὰρ ῥύσι᾽ ἐξελύσατο.

Sic haec a Matthia Dindorfioque praetermissa emendavi in Eustath. Prooem. Pind. p. 26.

3. *Melanippae.*

Melanippae τῆς σοφῆς argumentum praeclare enarravit Gregorius Corinthius VII. p. 1313. Walz. Fragmentorum autem numerum augere licet tribus versibus nobilissimis, quos servavit scriptor vitae Euripideae a Rossignolo Gallo editus, repetitus autem a Welckero Nov. Mus. Rhen. I, 2. p. 297 sqq. Λέγουσι καὶ ὅτι γυναῖκες διὰ τοὺς ψόγους οὓς ἐποίει εἰς αὐτὰς διὰ τῶν ποιημάτων, τοῖς Θεσμοφορίοις ἐπέστησαν αὐτῷ βουλόμεναι ἀνελεῖν, ἐφείσαντο δὲ αὐτοῦ πρῶτον μὲν δι᾽ αὐτὰς τὰς Μούσας, ἔπειτα δὲ βεβαιωσαμένου μηκέτι αὐταῖς (l. αὐτὰς) κακῶς ἐρεῖν. Ἐν γοῦν τῇ Μελανίππῃ περὶ αὐτῶν τάδε φησί·

Μάτην ἄρ᾽ εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν ψόγος
ψάλλει κενὸν τόξευμα καὶ κακῶς λέγει·
αἱ δ᾽ εἴσ᾽ ἀμείνους ἀρσένων, ἐγὼ λέγω.

Alterius versus ψάλλει sincerissimum esse docuit Hermannus Opuscc. T. V. p. 203. allato Bacch. v. 785. Illis Melanippae versibus compellatus nescio quis liberalissimam illam sententiam mitigasse videtur his quae sunt fr. XIV.

Τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται
γυναικός, ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
πέφυκ' ἄμεινον· διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.

4. *Palamedi*

animus est vindicare versum in Crameri Ann. II. p. 258, 2. servatum: *Σκόλοπος· διὰ τοῦ ο̄ ἡ παραλήγουσα· Εὐριπίδης·*

Τίς ἔσθ' ὁ μέλλων σκόλοπος ἢ λευσμοῦ τυχεῖν;

Intervenit aliquis — sic opinor — quum Palamedem lapidibus obruturi sunt Danai. De *σκόλοψι* Graecis in necandis maleficis non inusitatis cfr. Electr. 899. Iph. Taur. 1430. et expende complexum illum saevissimorum cruciatuum apud Aesch. Eum. 180 sqq. Cfr. Wachsmuth. Antiqq. Grr. II, 1. p. 187. 438 sq.

5. *Plisthenis.*

Ad Chiliadd. suarum librum XII, 341. Tzetzes ipse adscripsit haec apud Cramerum Ann. III. p. 373, 18. *Εὐριπίδης μέμνηται διφθερῶν λέγων ἐν Πλεισθένει·*

Εἰσὶν γάρ, εἰσὶ διφθέραι μελεγγραφεῖς
πολλῶν γέμουσαι Λοξίου γηρυμάτων.

Qui locus in Nitzschii rem facit, quem vide de usu *τῶν διφθερῶν* disputantem in Melett. de hist. Hom. I. p. 70 sqq. Ne quis autem arripiat hunc locum, quo oracula Delphica scripto concepta fuisse approbet, Euripides intelligebat collectiones oraculorum Pythicorum, quae illac aetate universam Graeciam pervagabantur. Et sic video poetae mentem intellexisse Welckerum Cycl. Ep. p. 381.

6. *Stheneboeae.*

Argumentum descripsit Scholiasta Mediceus Greg. Corinth. VII. p. 1321. Walz. Ex eodem Scholiasta discimus, versus Euripideos ab Aeschine in Timarch. p. 21. Taylor. (41. Dindorf.) allatos ex Stheneboea derivatos esse: quare apud Stobaeum duo priores versus ex Oedipo non recte cum duobus posterioribus coaluerunt, v. Oedipi fr. III. Matth. Aeschinis verba haec sunt: *Ὁ τοίνυν οὐδενὸς ἧττον σοφὸς τῶν ποιητῶν Εὐριπίδης, ἕν τι τῶν καλλίστων ὑπολαμβάνων εἶναι τὸ σωφρόνως ἐρᾶν, ἐν εὐχῆς μέρει τὸν ἔρωτα ποιούμενος λέγει που·*

Ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως

ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν, ὧν εἴην ἐγώ.

Scholiasta igitur annotat haec: *Ταῦτα λέγει Εὐριπίδης ἐν Σθενεβοίᾳ τῷ δράματι, εἰςάγων τὸν Βελλεροφόντην γνωμολογοῦντα.* Ut alterum Hippolytum. Ex eadem ῥήσει Bellerophontis et fr. II. est et nobilissimum illud fr. III.:

Μουσικὴν ἄρα
Ἔρως διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

7. *Incertae fabulae.*

Crameri Ann. Oxx. I. p. 122, 8. *Τὰ εἰς μος λήγοντα τῷ ο παραληγόμενα δισύλλαβα μονογενῆ πάντα βαρύνεται, εἰ μὴ διάφορον εἴη τὸ σημαινόμενον· γόμος, νόμος, τρόμος, δρόμος· εἰ δέ τι ὀξύνεται, πρὸς διάφορον σημαινόμενον·*
Νόμων κατὰ τρομὸν δρόμημα γηραίου ποδός,
Εὐριπίδης. Scripserim:

Νωμῶν τρομὸν δρόμημα γηραίου ποδός.

Sauppio in v. *νόμον* aut *τρομὸν* videbatur latere aut ante *νόμον* excidisse. Et est hoc sane verisimile. Scripserat Grammaticus fortasse: *τρόμος καὶ τρομός· Τρομὸν δρ. κτλ.* Ceterum *δράμημα* an *δρόμημα* dederit Euripides decerni vix potest: codex Oxoniensis δριμη (sic) exhibet. Utramque formam probam esse docet Lobeckius post Phrynich. p. 618 sq., *δράμημα* testimonio Herodiani vindicans a dubitationibus Blomfieldii. Adde Ellendt. Lex. Soph. I. p. 447. De adjectivis illis *τομός, τρομός, τροχός* rell. idem mihi Lobeckius appellandus est ad Soph. Ajac. v. 815.

8.

Crameri Ann. Oxx. II. p. 452, 15. *Κέρχνη· Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν* (v. 1181.)·

Κέρχνης, πυρίορχις, γὺψ, κύμινδις, ἀετός.
Ὅλως τοσοῦτος καὶ φιλοξενέστατος,

Εὐριπίδης. (Codex *Ευρι*).
In altero versu, qui Euripidis esse videtur, scite Cramerus ὁ λῷστος οὗτος καὶ φιλοξενέστατος reponendum vidit. Is de ἀετῷ sermonem esse statuit. Quod credibile non est. Mihi locus luxatus esse videtur. Ceterum in Avibus rectius editi:

Κερχνῄς, τριόρχης, γὺψ, κύμινδις, ἀετός.

9.

Crameri Ann. Oxx. I. p. 182, 11. et Etym. Gud. p. 230, 29. *Λέγουσι (οἱ φυσικοί) δ' αὐτὸν αἰθέρα* (recte Et. Gud. *αὐτὸν τὸν αἰθέρα*) *Δία εἶναι, ὅτι ἔμπυρός ἐστι* (*ἔμπειρος* Gud.) *καὶ ζῇ* (*ζέει* recte Gud.)· *Εὐριπίδης* (om. Gud.)· *Ἀλλ' αἰθήρ τι κτίσε κόρα, Ζεὺς ὃς ἀνθρώποις ὀνομάζεται.*

In Et. Gud. paullo emendatius scriptum est *τίκτει σε*, sed minus recte *κόρας* et *Ζεὺς ὡς ἀνθρώποισιν ὀνομάζεται.* Ex cod. Barocciano 50. fol. 301. Cramerus affert *τίκτει σε κόρα, Ζεὺς ὃς ἀνθρώποισιν ὀνομάζεται.* Dicebat igitur aliquis ad filiam aliquam Iovis: *Non te Iupiter*,

Ἀλλ' αἰθήρ τίκτει σε, κόρα,
Ζεὺς ὃς ἀνθρώποισιν ὀνομάζεται.

Ut facile agnoscas Anaxagoreae disciplinae alumnum.

10.

In eodem volumine Crameri Anecdd. exstant loci aliquot Euripidei, qui utrum jam noti sint an minus, in tempore haereo. Sic p. 254, 19. haec:

Θράσει μὲν οὐδεὶς οὐδέπω,
πόνῳ δὲ καὶ γενναιότητι καὶ ἐπιεικείᾳ
ἀρετὴν ἐπεκτήσατο.

Alterius versus emendationem probabilem non habeo. Incertiorem reprimo. Jam video esse haec eodem modo scripta fr. inc. fabb. LXXXVIII.

Ibidem p. 255, 11. *Ὅτι συνεργεῖ ὁ θεὸς τοῖς ἀπολαῦσαι θεραπείας ἐφιεμένοις ὁ αὐτὸς τραγοποιός* (sic) *ἔφη·*

Τῷ δ' αὖ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

Fr. Inc. Fab. CLVI. Dindorf.

Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός.

Cfr. Aeschyli fr. 277. Perss. 742. Denique ibidem p. 316, 14. *Κατὰ τὸν Εὐριπίδην· Ἡδονὴ πανταχοῦ ἐστι καὶ πάντα δι' ἡδονῆς γίνεται.* Numeri hi fuerint:

Ἡδονὴ δὲ πανταχοῦ 'στὶ πάντα καὶ δι' ἡδονῆς
γίγνεται.

Euripidem auctorem videntur habere, alia ut mittam, quae offert Herodianus qui simulatur *περὶ Σολοικισμοῦ* in Boissonadii Anecdd. III. p. 245 sqq. Sic ille: *Αἰτιατικὴν ἀντὶ δοτικῆς·*

Χεῖρας δὲ Τρώων ὅπλ' ἔδωκαν Ἑλλάδος,
ἀντὶ τοῦ δοτικῇ χρήσασθαι· *χερσὶν δὲ Τρώων ὅπλ' ἔδωκαν.* Schoellius in Tragodum. I. p. 383. Sophoclem versiculi auctorem esse conjicit.

Pergit: *Καὶ πάλιν ἀντὶ αἰτιατικῆς γενικήν·*
Τιμᾶν Μακεδόνων εἵνεκ' εὐανδρησίας,
ἀντὶ τοῦ αἰτιατικῇ χρήσασθαι, *Μακεδόνας τιμᾶν.* Vox *εὐανδρησία* nova: possit ex Archelao esse.

Rursus p. 249. *Περὶ δὴ πρῶτον αὐτὸ γίνεται σολοικισμός, ὅταν τις τῷ πάσχοντι ἐνεργητικὸν ῥῆμα περιάψῃ, οἷον*
Ἐγάμησεν Ἑλένη τὸν θεοῖς στυγούμενον.
Ἔδει γὰρ τὸ παθητικὸν τῇ γυναικὶ περιάψαι, ἐγαμήθη Ἑλένη. Potius dedebat *ἐγήμαθ' Ἑλένη.*

Et p. 253. *Ἔσθ' ὅτε δέ τινες, ἀντὶ τοῦ παρῳχημένῳ χρῆσθαι τῷ ἐνεστῶτι χρῶνται, οἷον·*
Γαμεῖ δ' ὁ μὲν δὴ Τυνδάρεω κόρην μίαν,
ἀντὶ τοῦ ἐγάμησε.

Postremo p. 255. *Γίγνεται σολοικισμός, ὅταν ἀντὶ προτακτικοῦ χρήσηταί τις τῷ ὑποτακτικῷ·*
Τοίων γὰρ ἀνδρῶν σπέρμ' ἔδωσεν Ἑλλάδος
τῆς κατὰ Τροίαν.

Sed piget diutius in talibus sordibus volutari. Omisi in his fragmentis Euripideis ea quae in Papyro Musei Regii reperta singulari libello post Letronnium edidi. Si qua autem proposui quae in fabulis Euripideis exstant iis quas nostris manibus terimus, oblivio mea habebit excusationem perfacilem, siquidem reputamus, vel summis accidisse philologis, ut ederent verbi gratia epistolam Ciceronianam tanquam a semet demum e codice prolatam, indignam autem illam summo Cicerone; — quae tamen epistola in omnibus exemplaribus editis loco suo per saeculorum decursum lecta esset citra suspicionum turbamenta —: aliis, ut carmen elegantissimum incerti scilicet poetae cum summa laetitia a putredine membranarum vermiumque morsibus assertum in dias luminis auras ab ipsis demum provectum gloriarentur. Et erat carmen in elegiis Ovidianis.

Hac occasione utar, ut duos errores corrigam, quos in libello illo Letronniano commissos intellexi. Primum versiculus ille p. 6. allatus:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν διὰ τέλους εὐδαιμονεῖν

non effictus est, ut cum Letronnio statuebam perperam, ex loco Augae: *Κοὐδεὶς διὰ τέλους εὐδαιμονεῖ*, sed est versus Supplicum 281. leviter vel a Stoico ipso vel a librario immutatus, *εὐδαιμονεῖν* scripto pro Euripideo *εὐδαιμονοῦν*:

Τῶν γὰρ ἐν βροτοῖς
οὐκ ἔστιν οὐδὲν διὰ τέλους εὐδαιμονοῦν.

Deinde qui p. 14. exstant versus Euripidei:

Οὐκ ἦν ἄρ' οὐδὲν πῆμ' ἐλευθέραν δάκνον
ψυχὴν ὁμοίως ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία

tunc non memineram prolatos esse a Clemente Alex. Stromm. II. p. 463. Potter. *Ἀλλ' οὐδὲ Αἴας σιωπᾷ, μέλλων δὲ ἑαυτὸν ἀποσφάττειν κέκραγεν· Οὐδὲν οὖν ἦν πῆμα ἐλευθέρου ψυχὴν δάκνον οὕτως ὡς ἀνδρὸς ἀτιμία·*

Οὕτως πέπονθα καί με συμφορᾶς ἀεὶ
βαθεῖα κηλὶς ἐκ βυθῶν ἀναστρέφει
λύσσης πικροῖς κέντροισιν ἠρεθισμένον.

Suevernio haec Thressis Aeschyli vindicanti assensi sunt praeter alios Welckerus Trilog. Aesch. p. 439. et Hermannus in Dissertatione *de Aeschyli Tragoediis fata Ajacis et Teucri complexis*, edita illa Lipsiae 1838., p. 13. Ibi Hermannus priores duos versus ab aliis varie in ordinem numerosque suos redactos — vide Lobeckium ad Ajac. p. 124. — sic reficiebat:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν πῆμ' ἐλευθέρου δάκνον
ψυχὴν τοσοῦτον ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία.

Et admovit profecto propius ad veritatem hos versus, quos salvos custodivit Philosophus Parisinus. Quum autem versus Euripidis esse satis certo teneamus, tres autem illi versus Clementini jure Aeschylo addicantur: injuria in unum conflatos esse perspicias. Et quisquam fieri potuisse putet, ut Telamonis filius illa proloqueretur! Clementi ista sententia Euripidea in mentem venit Ajacis Aeschylei orationem appositurо. Hinc apparet, cur verba Euripidis memoriter citata numeris suis sint soluti. Quos ne quis in posterum cum versibus Aeschyleis copulet, cavebunt unci quibus cingendi sunt, utpote a Clemente ipso inserti, sententiam Euripideam in Ajacem illum eximie quadrare recordato.

Parergon V.

Spicilegium fragmentorum Menandreorum.

1. *Carchedonii* fragmentis addenda haec in Appendice Stobaei Florent. p. 35, 18. Gaisford.

> Ἔργον ἐκ μακροῦ χρονοῦ
> ἄνοιαν ἡμέρᾳ μεταστῆσαι μιᾷ.

Frid. Jacobsius in Lectt. Stob. p. 149. ἄνοι' ἐν ἡμέρᾳ emendabat locique sententiam hanc esse statuebat: *Dementia est, longi temporis opus uno die immutare velle.* Sanissima vero vulgata, cujus haec est sententia: *Est aliquid, dementiam diuturnam die immutare.* De hac potestate verborum ἔργον ἐστί (nobis: *das will was sagen*) praeter alios dixit Van Goensius ad Porphyr. de antro Nympharum p. 4. Extra dubitationem ponit explicationem nostram alter locus Menandri qui est

2. ex *Philadelphis* eodem loco p. 35, 18.

> Οὐ ῥᾴδιον
> ἄνοιαν ἐν μικρῷ μεταστῆσαι χρόνῳ.

Quod supra ἔργον ἐστὶν dixerat poeta, h. l. οὐ ῥᾴδιον dixit.

3. *Μισουμένου* eximium fragmentum, si modo Meinekius vere conjecit, p. 117. exstat ab Scholiasta Hermogenis servatum. Miles gloriosus haec jactat:

> Καὶ γὰρ μετὰ Κάλλα γέγονα καὶ μετ' Ἀγαλλία
> καὶ μετὰ Μενοίτα καὶ μετὰ Περδίκκα πάλιν
> καὶ ναί γε μὰ Δία τρίτον ἔτος μετὰ Κινησία.

Versu altero μετὰ * * νύκτα καὶ Περδίκκα vulgata est scriptura: in Walzii Rhett. V. p. 485. eadem corruptela quae apud Aldum quattuor codices inquinasse narratur. Eximie medetur codex Venetus. Menoetan intellige illum, qui cum Meleagro ἤθροισε τοὺς πλανωμένους τῶν Εὐμένους τε καὶ Πύθωνος συνήθων, εἰς ὀκτακοσίους ἱππεῖς, quibuscum latrocinium exerceret, v. Diod. Sic. XIX, 47. De Calla dixit Meinekius, cujus emendatio est μετ' Ἀγαλλία. Qua quidem correctione nomen Graecum lucramur, ordinum ductor ejus nominis, qui illis temporibus res gessisset, non videtur monstrari posse. Sed variae librorum corruptelae emendationem illam non magnopere commendant: codex Venetus habet με, ταίχμια, Parisinus cum Aldo μετ' ἀκμαῖα, tres alii libri μεταγμαῖα. Hinc mihi nata suspicio scribendum esse Ἀλκέτα-

de quo fratre Perdiccae vide Diod. Sic. XVIII, 29. Versu tertio Reisigius *καὶ νὴ* (sic Walzius) *μὰ Δία τρίτον γε μετὰ Κινησία* emendabat, paullo aliter Meinekius, non reprobans ille quidem Reisigianam conjecturam, in Addend. et Corrig. p. 569. *Καὶ νὴ μὰ Δία γε τρίτον ἔτος μετὰ Κινέα.*

4. *Περικειρομένης* fragmenta locupletari possunt eximiis his versibus, qui sunt in Appendice Flor. Stob. p. 20, 11. *Μενάνδρου Περικειρόμενοι·* (l. *Περικειρομένῃ*)·

Οὕτω ποθεινόν ἐστιν ὁμότροπος φίλος·
οὐδείς ἐστί μοι
ἀλλότριος, ἂν ᾖ χρηστός· ἡ φύσις μία
πάντων, τὸ δ' οἰκεῖον συνίστησιν τρόπος.

Versu 1. *οὕτω* Gaisfordius. Codex *τῶ*. Reliqua rectius distinxi. Ultimo versu codex *βίος τρόπος*. Forsitan illud praestiterit. *Natura*, ait, *eadem est omnium: familiaritates autem conciliat consuetudo.*

5. *Πωλουμένους* tangit Grammaticus Crameri Ann. Oxx. IV. p. 310, 24. *Ἀπὸ τοῦ δηλοῦντος τὸ ποίημα γραμματικόν· μέμνηται τοῦ ὀνόματος* (vocis *γραμματικός*) *Μένανδρος ἐν Πωλουμένοις.*

6. *Ψοφοδεοῦς*, ex qua fabula perpauca habemus servata, fragmentum est apud Grammaticum Baroccianum in Museo Philol. Cantabrig. II. p. 113. *Μένανδρος ἐν Ψοφοδεεῖ·*

Ἐπίσημον αὖ τὴν ἀσπίδ' εἰς Διὸς στοὰν
ἀνέθηκαν.

In Boissonadii Ann. Grr. p. 240. legitur *ἐπίσημον οὖν* et *εἰς τὴν τοῦ Διὸς Στοὰν ἀνέθηκαν.* Et *τὴν* etiam codex Baroccianus. Apud Herodianum qui dicitur Boissonadii l. c. p. 257. *Καὶ ἐν ψεύδει ἐπίσημον* male habita restant, reliqua interciderunt.

7. Fragmentum inc. fab. CCLXVII. ex Scholiis Aristidis p. 3. Frommel. altero versu augeri potest:

Ἕλληνές εἰσιν ἄνδρες οὐκ ἀγνώμονες
καὶ μετὰ λογισμοῦ πάντα πράττουσιν τινός.

4, 325 (477). 16
8. P. 299. Meinek. qui exhibetur versiculus, ei ab utroque latere comites adjungo duos versus ex Append. Flor. p. 31, 11.

Ἀεὶ δ' ὁ σωθεὶς ἐστὶν ἀχάριστον φύσει·
ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις,
ἣν δεόμενος τότ' ἀθάνατον ἕξειν ἔφη.

Versum medium cognoveramus ex Zenobio I, 81. Ausonium jam apparet Menandreis liberius usum esse Epigr. CXI.

Nil homine terra pejus ingrato creat.
Vicinus, hospes, notus, ignotus, cliens,
Et si qua genera sunt id civium genus,
Si quid petenti promptus opus impertias,
Ut misereare, gratia actutum perit.

9. Append. Flor. p. 76, 17. Μενάνδρου·

Οὐδὲν γὰρ αἰσχρόν ἐστι τἀληθῆ λέγειν·
ἀδύνατον, ὡς ἔοικε, τἀληθὲς λαθεῖν·
ἐὰν ἐγὼ φῶ νῦν ἔχειν βακτηρίαν
χρυσῆν, τί μοι σεμνότερον ἔσται τὸ ξύλον;
ἀληθὲς εἶναι δεῖ τὸ σεμνόν, οὐ κενόν.

Primo versu ἐστι interpositum a me est.

10. Ibidem p. 12, 2. Μενάνδρου·

Οὐχ ὁ λόγος αὔξει τὴν τέχνην περισσὸς ὤν,
ἀλλ' αὐτὰ κοσμεῖ τὴν τέχνην τὰ πράγματα.

11. Ibidem:

Τί δ' ὄφελος εὖ λαλοῦντος, ἂν κακῶς φρονῇ;

Aberat εὖ.

12. Ibidem p. 13, 4.

Ὁ μὲν λόγος σου καὶ κατ' ὀρθὸν εὐδρομεῖ,
τὸ δ' ἔργον ἄλλην οἶμον ἐκπορεύεται.

Versu priore Jacobsius Lectt. Stob. p. 147. πᾶς κατ' ὀρθὸν εὐδρομεῖ. Mihi lenius placet παῖ. Altero versu fortasse ἐμπορεύεται scribendum erit.

13. Ibidem p. 14, 8.

Ὁ μὴ φρονῶν μέν, πολλὰ δ' ἐφ' ἑκάστου λαλῶν
δείκνυσιν αὑτοῦ τὸν τρόπον τοῖς ῥήμασιν.

14. Ibidem p. 23, 7.

Γυναικὶ δ' ὅστις ὅρκον ὀμνύων ἀνὴρ
μηδὲν ποιεῖ δίκαιον, ~~δυσσεβὴς ἀνήρ~~.

15. Ibidem p. 31, 10.

Οὐχὶ τὴν αὐτὴν ἔχει
διάνοιαν αἰτῶν εἷς ἕκαστος καὶ λαβών.

Jacobsius Lectt. Stob. p. 149. adjecit ἔχει.

16. Ibidem p. 35, 1.

Μανθάνειν·
οἵου δ' ἂν ἔργου τυγχάνῃς ἄπειρος ὤν,

τὸ πυνθάνεσθαι τῶν κατειδότων καλόν.

17. Ibidem p. 35, 4.

Πολὺ κρεῖττόν ἐστιν ἓν καλῶς μεμαθηκέναι,
ἢ πολλὰ φαύλως περιβεβλῆσθαι πράγματα.

18. Ibidem p. 35, 14.

Ὅταν λέγῃς μὲν πολλά, μανθάνῃς δὲ μή,
τὸ σὸν διδάξας τοὐμὸν οὐ μαθὼν ἔσῃ.

19. Crameri Ann. Oxx. I. p. 255, 22.

Ὁρῶ τιν' ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον,

παρὰ Μενάνδρῳ. At is versus est Arist. Plut. 382. Excidit versus fr. inc. fab. CCVII.

Καθεδοῦμαι δ' ἐνθαδὶ τὸν Λοξίαν
αὐτὸν καταλαβών.

20. Ioannes Τονικ. παραγγ. p. 36, 32. Dindorf. Οἴκει παρὰ Μενάνδρῳ ἀντὶ τοῦ οἴκοι. In locis apud Meinekium p. 55. 71. est οἴκοι.

21. Syrianus Walzii Rhett. IV. p. 98. Διαβολὴ ἐπὶ διαβολῆς αὐτῆς τάττεται, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ·

Οὐκ ἔστιν οὔτε διάβολος γραῦς ἔνδον,

καὶ ἐπὶ τῆς κατηγορίας.

Menandro forsitan οὔτοι et ἔνδοθεν reddenda fuerint. Ἔνδοθεν similiter usurpatum fr. inc. fab. XII, 3. Mirum vero, in versu Menandreo non διαβολὴ vocis, sed διάβολος adjectivi usum ostendi.

22. Doxopater Walzii II. p. 251. Τὸ Μενάνδρειον·

Βέλτιστε, μὴ τὸ κέρδος ἐν πᾶσι σκόπει.

23. Grammaticus περὶ σολοικισμοῦ in Mus. Philol. Cantabrig. II. p. 111. Γίνεται σολοικισμὸς οὕτως ὡς παρὰ Μενάνδρῳ·

Θυγάτριον ἡ νῦν ἡμέρα δίδωσί μοι
ἢ δόξαν ἤτοι διαβολήν.

Ἐχρῆν γὰρ ἤτοι δόξαν ἢ διαβολήν. Eadem Boissonad. Ann. III. p. 237., ubi scriptor illius libelli vocatur Polybius Sardianus. Vel ipsum Apollonium fugit locus Menandri, qui Syntaxi IV, 1. p. 306 ἢ — ἤτοι dici omnino negat. Sed habemus praeter Menandrum locum Pindari, v. Boeckh. Frr. Pind. 103. Lobeck. Soph. Ajac. p. 146. not. et Hartungium de Particc. Grr. II. p. 257 sq., qui Aeschyleo versui Agam.

465. (nam falso nominavit Prometheum) eundem usum obtrusit infelici conjectura.

24. Ibidem p. 113. *Παρὰ Μενάνδρῳ·*

Καθιζάνει μὲν ἐνίοτ' εἰς τὰ σήσαμα.

Eadem Boissonad. Ann. Grr. III. p. 340. et 257., ubi editor monuit, *σήσαμα* dici videri *τὸν τόπον οὗ ἐπωλεῖτο*, Moeris s. v., ubi vide Pierson. p. 351 sq. Bernhardy Synt. p. 57.

25. Ibidem cod. Barocc. 50. fol. 318. *Χαλεφῆς· ἀπὸ τοῦ χαλέπτω·*

Σύγγνωθί μοι καὶ μὴ χαλεφῆς, ὦ πάτερ.

Cramerus Menandri esse suspicatur. Scribe *χαλεφθῇς*.

26. Schol. Demosth. Bavar. p. 93. *Ἀργούρας παρὰ Μενάνδρῳ Ἀργυρᾶς.* Dicebatur ea urbs Chalcidensium *Ἄργουρα*, *Ἄργουσα*, *Ἀργυρᾶ*, v. Demosth. Mid. p. 558, 16. Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 13, 20. Arcad. p. 97, 4. 10. Lobeck. Aglaoph. p. 1132.

27. Herodianus *περὶ ἀκυρολογίας* Boissonad. Ann. III. p. 269. *Τὸ μὲν ἑαυτοὺς ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτοὺς λεγομένων ἐστίν, οἷον Αἴας ὁ Τελαμώνιος καὶ Μενοικεὺς καὶ Κρέων ἑαυτοὺς ἀπέκτειναν, τουτέστιν ἕκαστος ἑαυτόν· τὸ δὲ ἀλλήλους ἐπὶ τῶν συμπεπλεγμένων, οἷον Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης ἀλλήλους ἀπέκτειναν, τουτέστιν ἕτερος τὸν ἕτερον. Ὅθεν καὶ Μένανδρος ὁ Κωμικὸς ἀκυρολογεῖ λέγων·*

Οὐκ ὠρίσαμεν αὐτοῖς ἤδη εἰμι σῶς·

Alter codex *αὑτοῖς* et *σῷς*. Fr. Inc. Fab. CCCVI. ex Eustathio: *Οὐκ ἠρκέσαμεν ἑαυτοῖς.* Qui eundem locum indigitat. Scribe:

Οὐκ ἠρέσαμεν αὑτοῖσιν, ἤδη δ' εἰμὶ σῶς.

Non placebamus nobis: nunc autem missa societate *salvus sum.*

28. Crameri Ann. Oxx. IV. p. 254, 21. *Μενάνδρου·*

Γῆρας λέοντος κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν.

Proverbiale dictum, quod compares cum illo apud Zenobium II, 38. *Ἀετοῦ γῆρας κορύδου νεότης*, ubi vide quae annotavimus.

29. Scholiasta Parisinus Aeschinis *περὶ Παραπρεσβ.* §. 179, 8. (editus ab I. Bekkero in Commentatt. Soc. Reg. Berolin. 1836. p. 252.) *Δοκοῦσιν αἱ γυναῖκες πικραὶ σφόδρα εἶναι περὶ τὸ ὀργίζεσθαι· Διὸ καὶ Μένανδρος φησί·*

Φιλόνεικος δέ ἐστι καὶ μία γυνή

εἰς μῆνιν.

Nonne Scholiastae verba arguunt sic scripsisse poetam:

Φιλόνεικος δ' ἐστὶ καὶ πικρὰ γυνὴ
εἰς μῆνιν —?

30. Michael. Syngeli Syntax. apud Cramerum Ann. Grr. IV. p. 273, 9. *Ἢ δι' ἀναγκαιότατα* (sic) *γίγνεται ὑποκοριστικά, ὡς ἐὰν ὃ αἰτῇ τις σμικρύνῃ, ἵνα μὴ μεγάλην ποιήσῃ τὴν χάριν, ᾧ κέχρηνται οἱ κωμικοί, ὡς ἔχει τὸ παρὰ Μενάνδρῳ λεβήτιον.*

31. Ibidem p. 351, 24. *Βούλει, ὥσπερ παρὰ Μενάνδρῳ·*

Βούλει τι Κνήμων, εἰπέ μοι.

In Bekkeri Choerobosco p. 1290. *τι* omittitur.

32. Ibidem p. 368, 26. *Παρήειν, ἐξήειν, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ·*

Ἀπήειν τῶν τόκων τόκους ἔχων.

Legebatur *ἀπήει*, quod correxi ex Choerobosco Bekkeri p. 1294., ubi exstat: *ἀπήειν τῶν τόκων ἔχων τόκους.*

33. Ibid. p. 420, 2. *Ἐλεῶ, ἐλεῖ, καὶ ὁ Μένανδρος ἐδήλωσεν εἰπών·*

Ἐλεεῖται ὁ ποιμὴν καὶ καλεῖται ἡδύτατος.

Choeroboscus Bekkeri p. 1369. *γλυκύτατος* rectius scriptum custodivit. Scribe:

Ἐλεεῖθ' ὁ ποιμὴν καὶ καλεῖται γλυκύτατος.

Elisus in v. *ἐλεεῖθ'* sequente brevi vocali diphthongus ne quem offendat, adeundus Meinekius Menandr. p. 514. Cf. fr. CCCXXX.

34. Ibidem p. 412, 25. *Ἑστιῶ σημαίνει τὸ ἀριστοποιῶ, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ·*

Ἑστιᾶν τοὺς φίλους.

Cfr. *Κεκρυφάλου* fr. I. p. 54. Meinek.

35. Ibidem p. 413, 3. *Τὸ ἕτερον σημαινόμενον, λέγω δὲ τὸ ἐρῶ, ἐρᾷς, τουτέστι τὸ ἐρωτικῶς ἔχω, διὰ τοῦ η γίνεται κατὰ τὸν παρῳχημένον, οἷον ἤραρον* (*ἤραον*) *ἤρων ἁρμολογῶ· Καὶ νῦν δ' ἐρῶ παρὰ Μενάνδρῳ.* An:

Ἤρων, ὁμολογῶ, καὶ νῦν δ' ἐρῶ?

36. Menandro vindicaverim quae exstant ibidem p. 253, 26.

Φύλλων λαγωοὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ κτύποι,
ἄνδρας δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων.

37. Non alium videntur auctorem habere haec p. 328, 15. *Ἔστι λόγος καὶ ἡ ἀπολογία, ὡς ἐπὶ τοῦ·*

Σκῆψις εὑρεθήσεται, λόγος τις.

38. Et illa p. 328, 8. *Ἔστι λόγος καὶ ἡ ὑπόθεσις, ὡς ἐπὶ τοῦ·*

Ἤδη δὲ λέξω τὸν λόγον τοῦ δράματος.

39. Et haec apud Doxopatrum Walzii II. p. 289.

Οὐχ ὁ Τρόφιμός σου πρὸς θεῶν, Ὀνήσιμε; Bekkeri codex Parisinus in Ann. Grr. III. p. 1178. *ονησι με.* *Παρὰ Μενάνδρῳ τρόφιμον* esse *τὸν θρέψαντα τὸν δεσπότην* docent Scholia Aristidis p. 22. Frommel. Hinc litera minuscula reponenda erit. In fr. 2. incert. fabb. p. 188. emergit quidem Trophimi nomen.

40. Walz. Rhett. VII. p. 4. vel Bekker. Ann. III. p. 1179. *Ἐπαπορητικόν·*

Δᾶός ποτ' ἦλθε, τίνα ποτ' ἀγγέλλων ἄρα; Libri *τί ποτ'*: *τίνα* Spengelius. Possis *τί δέ ποτ' ἀγγέλλων.* De Menandri *κατὰ τὰς κωμῳδίας εἰςαγομένοις οἰκέταις Δάοις τισὶ καὶ Γέταις* vide Galenum apud Meinekium p. 47.

Sciens praetermisi quae alia exstant in Boissonadii Ann. Grr. I. p. 11 sq., p. 16., 124., 147 sqq. et versus a Davide Philosopho servatos, quos post Fr. Halmium tractavit God. Hermannus in Zimmermanni Diar. Philoll. 1835. p. 1118.

IV.

De Maesone, comoedo Megarensi.

Maesonis Megarensis, facetissimi hominis, memoriam paene intermortuam resuscitare, quantum quidem fieri posset, allaboravi in Censura Paroemiographorum Graecorum a Gaisfordio editorum, quae legitur in Nunciis Literar. Gottingensibus 1837, 85 sq. Qua disputatione quum viris quibusdam eruditissimis non male historiae primordiorum comoediae antiquae Atticae consultum videretur, operae pretium mihi facturus videbar, si eam secundis curis limatiorem ab oblivione et situ Ephemeridum vindicavissem. Ea enim sors serius ocius manet disputationes per diariorum latibula dispersas.

Quam Walzius in Rhetorum Graecorum Vol. II. p. 10 sq. ex codice Angelico protulit praefationem ignoti Grammatici collectioni cuidam proverbiorum praemissam, Diogenianum habere auctorem, cujus proverbiorum farraginem etiam nunc usurpamus, fidem facit titulus codicis Parisini, ex quo eandem praefationem a Bastio descriptam repetiit Gaisfordius Paroemiogrr. Praef. p. V., in quibusdam auctiorem et vitiis paullo minus inquinatam. Diogeniani autem copias maximam partem ex penu instructissimo Lucii Lucillive Tarrhaei depromptas fuisse demonstravi in editione nostra Paroemiographorum p. 177 sq., ubi suo loco reposui praefationem Diogeniani, hoc est in fronte proverbiorum Diogenianorum.

In ea praefatione maxime is nos advertit locus, qui est de veriloquio vocis *παροιμία* et de *αἴνοις* cum adagiis ex sententia veterum cognationis vinculo ligatis. Is locus his conceptus verbis est: *Ἔστι δὲ ἡ παροιμία τρόπος καὶ τῆς καλουμένης ἀλληγορίας· παράκειται δὲ αὐτῇ λόγος αἶνος Αἰσώπειος* — aut haec verba *ἢ* particula interposita dissepienda sunt aut inducenda *αἶνος* vox, quae ex iis quae sequuntur alieno loco infarta videtur — *Καρικὸς αἶνος, Συβαριτικὸς*

λόγος, Κύπριος, Λιβυκὸς αἶνος, Μαισωνικὴ παροιμία· μάρσιπος.

Codex Angelicus quum pro emendata Parisini scriptura praeberet *μαισωπικὴ παροιμία*, Walzius *καὶ Αἰσωπικὴ παροιμία* scribendo locum corrupit. Nam neque Aesopi fabulae *παροιμίαι* vocitatae unquam sunt, ut opinor, et *λόγος Αἰσώπειος* in superioribus locum invenerat suum. Certum igitur est, a Diogeniano vel eo quem sectatus est auctorem, juxta *αἴνους* et *λόγους* more veterum Grammaticorum operosius dissectos, tanquam speciem quandam adagiorum *Μαισωνικὴν παροιμίαν* exhibitam fuisse.

Erunt qui cum eadem *παροιμίᾳ* sequens *μάρσιπος* aliquo demum vinculo cohaerere sibi persuadeant. Nec infitior me eam in sententiam multa volvisse et movisse: promovi nec hilum. Ita potius sentio, latere nomen ejus scriptoris, cujus disputationem compilasset Diogenianus. In qua sententia non mediocriter confirmavit me id quod Ammonius p. 6. Valck. post persimilem disputationem, quae nec ipsa diversa narratione nititur, addit: *ὥς φησι Λούκιος* (vel *Λούκιλλος*) *Ταῤῥαῖος ἐν τῷ α΄ παροιμιῶν.* Cujus tamen nomen quum nimis dissideat ab utriusque codicis corruptela, audaculum fuerit in locum vocis *μάρσιπος Tarrhaei* appellationem reducere.

Unde autem, ut jam ad rem de qua agitur veniamus, *Μαισωνικῆς παροιμίας* appellatio pullulaverit, non difficile est ad declarandum. Novimus Maesonem, comoedum Megarensem, de quo accurate perscripserat Aristophanes Byzantius, cujus librum *περὶ προσώπων* quum reliqui, qui meminere ejus hominis in usum vocaverunt tum accuratius excerpsit Athenaeus XIV. p. 659, A sq. *Ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον Μαίσωνα, τὸν δ' ἐκτόπιον ~~Μαίσωνα~~. Χρύσιππος δ' ὁ φιλόσοφος* (p. 236 sq. Baguet.) *τὸν Μαίσωνα ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι οἴεται κεκλῆσθαι, οἷον τὸν ἀμαθῆ καὶ πρὸς γαστέρα νενευκότα, ἀγνοῶν ὅτι Μαίσων γέγονε κωμῳδίας ὑποκριτὴς Μεγαρεὺς τὸ γένος, ὃς καὶ τὸ προσωπεῖον εὗρε τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον μαίσωνα, ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ὁ Βυζάντιος ἐν τῷ περὶ προσώπων, εὑρεῖν αὐτὸν φάσκων καὶ τὸ τοῦ θεράποντος πρόσωπον καὶ τὸ τοῦ μαγείρου. Καὶ εἰκότως καὶ τὰ τούτοις πρέποντα σκώμ-*

ματα καλεῖται Μαισωνικά. μάλιστα γὰρ εἰςάγονται οἱ μάγειροι σκωπτικοί τινες, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ἐπιτρέπουσι (p. 64. Meinek.). *Καὶ Φιλήμων δέ πού φησι* (p. 411. Meinek.)·

Σφίγγ' ἄῤῥεν', οὐ μάγειρον, εἰς τὴν οἰκίαν
εἴληφ'· ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἓν μὰ τοὺς θεοὺς
ὧν ἂν λέγῃ συνίημι· καινὰ ῥήματα
πεποϱισμένος γάρ ἐστιν.

Τὸν δὲ Μαίσωνα (*μάσωνα* codex B) *Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Τίμαιον ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν εἶναι Μεγαρέων, καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων.*

Paullo obscurius Hesychius Chrysippi Aristophanisque placita refert s. v. *Μαίσων· μαγειρεῖον· ἄλλοι βόρον* (l. *βορὸν*) *ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι.* In his *μαγειρεῖον* est a Musuro, a recentioribus criticis, ut a Valesio, in *μάγειρον* vel *μάγειρος* demutatum. Hesychii manum monstrat codex Venetus, in quo signate exstat *μαγειρίον*, h. e. *coculus*, ut vulgo *μαγειρίσκος* dicitur. Rursus Hesychius s. v. *Τέττιξ· ἔξω τοῦ συνήθους ζῶον παρὰ Ἀττικοῖς οἱ τῶν μαγείρων ὑπηρέται ξένοι· οἱ δὲ ἐντόπιοι Μαίσωνες.* Hoc loco Hesychius aut supine contraxit quae teste Athenaeo Aristophanes exposuerat de personis *τοῦ θεράποντος* et *τοῦ μαγείρου* a Maesone inventis aut vitiatus locus est. Quis enim *ὑπηρέτας τῶν μαγείρων* inaudivit? Tentabam *οἱ τῶν μαγείρων ὑποκριταί*: sed ne id quidem vacat dubitatione. Nunc *οἱ τῶν μαγειρείων ὑπηρέται* necessarium esse statuo, h. e. *culinarum servi.* Tertia exstat Maesonum memoria apud Hesychium s. v. *Μούσωνες· οἱ κορυφαῖοι τῶν μαγείρων. καὶ οἱ τεχνῖται.* Codex *τεχνῆται.* Corrupta vero glossa et ex duobus, puto, articulis male conflata. Nam *Μούσωνες* prava videtur esse scriptura pro eo q. e. *Μαίσωνες· οἱ κορυφαῖοι τῶν μαγείρων.* Altera illa explicatio *καὶ οἱ τεχνῖται* redit ad *Μούσωνες* recte scriptum. Nam *μουσικοὺς τοὺς τεχνίτας ἔλεγον*, ut perscripsit idem Hesychius. Sed quod *Μούσωνες* ad priorem explicationem relatum vitium traxisse arguebam: licebit opitulari Hesychii fidei, si mecum ponas, poetas Comicos *Μαίσωνας* istos garrulos et ineptos homunculos honorifico scilicet et magnum sonituro verbo in *Μούσωνας* joculariter transformasse.

Ex eodem Byzantio Aristophane profecerat Verrius Flaccus, ex quo in Festi Schedis Pomponii Laeti p. 168. Lindemann., p. 134, 19. Mueller. haec restant: *Moeson persona comica appellatur aut coci aut nautae aut ejus generis; dici ab inventore ejus Moesone comoedo, ut ait Aristophanes Grammaticus.* Et Paullus Diaconus: *Maeson persona comica ab inventore dicta.*

Disceptatum igitur est, Maesonis, quae comica persona fuit cocorum, nautarum, servorum aliorumque id genus scurrarum, appellatio unde originem accepisset. Et Chrysippus quidem quum ad μασᾶσθαι verbum confugit, non male naturam et indolem istius popelli conciliare studebat cum appellationis primordiis. Hinc Eustathius, qui ad Odyss. p. 1751, 57 sqq. Athenaei locum compilavit, εὐφυῶς Chrysippum ἐτυμολογῆσαι ait. Ut gemelli fuerint *Μαίσωνες Manducis* istis *Dossennisve* Oscis, Atellanarum personis, cellae escariae vinariaeque pernicie et strage, quorum indolem praeclare delineavit Muellerus ad Varron. de L. L. p. 157. et in Commentatione in Horatii Epist. II, 1, 170—176., Gottingae 1835. edita, p. 7 sqq. Vel sic tamen sunt quae manifestent, Aristophanem veriloquium istud Chrysippeum non sine gravibus caussis adortum convellere. Nam ne premam quod *Μαίσων* vix ab eo q. e. μασᾶσθαι potuit descendere — et quis nescit quantam licentiam et alii Stoicae scholae sectatores et Chrysippus in interpretandis ducendisque verbis et nominibus sibi vel sumpserint vel arrogarint —: μαίσων non unum solum cocum designat, sed nautae et θεράποντος aliorumque similis farinae homuncionum commune fuit. Hinc suo jure Athenaeus et Verrius Flaccus Chrysippeam originationem posthabent alteri ab Aristophane docte exornatae. Maeso igitur, comoedus Megarensis, et originem et nomen dederat μαίσωνι, personae comicae, quae et cocis et nautis et servulis conveniret. Et consequens erat, ut σκώμματα illa subrustica, quibus Pulcinelli isti prisci sive Harlequini risum excitarent, *Μαισωνικῶν* nomine insignirentur. Quum autem cocorum Atticorum ejusdemmodique aliorum hominum ingenia ad jocos et festivitatem essent proclivia et in scena Maesonibus similia: veteres Attici istis hominibus vel in vitae quotidianae commercio *Μαισώνων* nomen non invidebant. In comoediis Maesonianis quantopere personae istae placuerint id maxime argumento esse debet. Hinc cer-

tum est, Maesoni et personis a Maesone Megarensi repertis in Atticumque solum Megaris traductis — ut vel *ἐντόπιοι μάγειροι Μαίσωνες* opponerentur *Τέττιξι* istis — non mediocrem habitum fuisse honorem ab antiquis illis hominibus Atticis *τοῖς τεττιγοφόροις ἀρχαίῳ σχήματι λαμπροῖς*.

Quali specie prodierint scenici isti *Μαίσωνες* colligimus ex Pollucis narratione, quae est Onomastico IV, 19, 149 sq. Ab eo — Aristophanis ut opinor premebat vestigia et ipse — inter *δούλων πρόσωπα κωμικὰ* referuntur *θεράπων οὖλος, θεράπων μέσος, θεράπων τέττιξ, ἡγεμὼν ἐπίσειστος*. Et statim post: *Ὁ δὲ θεράπων μέσος φαλακρὸς, πυῤῥός ἐστιν· ὁ δὲ θεράπων τέττιξ μέλας, φαλακρός, διάστροφος τὴν ὄψιν, δύο ἢ τρία βοστρύχια μέλανα ἐπικείμενος καὶ ὅμοια ἐν τῷ γενείῳ.* Maesonis latere nomen statim perspexi quum primum in hunc locum deferebar: et conjeci verissime, tum quidem ignarus Valesio laudem emendationis deberi. In priore enim loco codex Jungermani *μέσον* exhibet, h. e. *Μαίσων*: in altero codices C A *ὁ δὲ μέσος θεράπων*, Jungermani codex *ὁ δὲ μέσων θεράπων*, h. e. *Μαίσων*.

Maeso autem Megarensis licet *ὑποκριτοῦ* nomine ab Aristophane Byzantio designetur, poetam et ipsum fuisse omnis res et ratio statuere suadet. Nec plane deperiit memoria poetae Maesonis. Zenobius enim Provv. II, 11. scribit: *Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί: αὕτη κατὰ τῶν ἀχαρίστων λέγεται· Φασὶ δὲ αὐτὴν ὑπὸ Μέσωνος τοῦ Μεγαρέως πεποιῆσθαι.* Ultima verba a Diogeniano, Apostolio, Arsenio praetermissa sic extulit qui corrasit farraginem adagiorum Bodlejanam nr. 543. *πεποίηται δὲ ὑπὸ Μέσωνος τοῦ Μεγαρέως.* Utroque loco *Μαίσωνος* reponendum esse quivis videt *). Quis autem dubitabit quin idem homo dicatur, quem beneficio Aristophanis Byzantii accuratius novimus? Qui *ὑποκριτὴς* idemque *ποιητὴς* fuit. *Ὑποκριτοῦ* enim et poetae persona antiquitus fuit eadem. Comoedum vocavit Verrius. Sic eodem modo Eustathius Myllum, qui fuit in vetustissimis comicis poetis Atticis, *ὑποκριτὴν παλαιὸν* vocat. Isque usus in comicis maxime poetis obtinuit,

---

*) Vidi post censuram editam jam Meinekium Quaestt. Scenn. II. p. 1. in nota apud Zenobium *Μαίσωνος* rescribendum praecepisse.

ut qui fabulam composuisset esset actor primarum, v. Meinekii Quaestt. Scenn. I. p. 8.

Sed valde memoratu dignum est, quod Harpocratio memoriae consignavit, adagium illud Maesonianum in Herma Atheniensi insculptum fuisse. Harpocratio p. 86, 4. Bekker. s. v. *Ἑρμαῖ* (longe contractius eadem Photius p. 15, 2. et Suidas): *Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἀθηναίων* *) (*Ἀθηνῶν*) *γράφει ταυτί· „Ἀπὸ γὰρ τῆς Ποικίλης καὶ τῆς τοῦ βασιλέως στοᾶς εἰσὶν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι. Διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν καὶ ἀρχόντων ταύτην τὴν προσηγορίαν εἰληφέναι συμβέβηκεν· ἐφ' ἑνὸς δὲ αὐτῶν ἐπιγέγραπται γράμμασιν ἀρχαίοις·*

Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

Jam caussa apparet, cur Diogenianus et qui ante eum de Paroemiarum origine et generibus disseruerant, hunc potissimum versum eo honore dignati fuerint, ut *Μαισωνικὴν παροιμίαν* tanquam speciem quandam a reliquis paroemiis dispescerent. Nam unum illum versum *Μαισωνικῆς παροιμίας* appellationi ansam dedisse non erit ambiguum si quis reputaverit, nec Cypriorum Cariorumve *αἴνων* plura exempla exstitisse. Quum enim fluctuarent veterum mentes, utrum ab eo quod quasi quaedam *παρομοῖαι* essent, *παροιμίαι* traxissent nomen, an quod in viis publicis lapidibus fuissent insculptae: qui hanc etymologiam tuebantur, Maesonianum adagium *παρὰ τὸν οἶμον* Hermae inscriptum elegerunt, quo originationi illi suae fidem facerent. Cur hoc potissimum adagium arripuerint rationem comminisci ut liberum est, ita facile est. Nam nisi quis casu factum volet — et potuit profecto casu fieri — in eo fuerit quaerenda caussa, quod Maesonianus versus tangit rem historicam, ut *αἶνος Κύπριος* et *Καρικός*. Quod autem originationem vocis *παροιμίας* hinc illustrasse dixi auctores Diogeniani, meminisse juvabit eorum quae paullo ante leguntur: *Τὴν παροιμίαν ὀνομάζεσθαί φασί τινες ἀπὸ τῶν οἴμων· οὕτω δὲ αἱ ὁδοὶ ἐκαλοῦντο. Οἱ δ' ἄνθρωποι ὅσα κοινωφελῆ εὕρισκον, ταῦτα κατὰ λεωφόρους ὁδοὺς ἀνέγραφον ὑπὲρ τοῦ πλείονας ἐντυγχάνοντας τῆς ὠφελείας μεταλαμ-*

---

*) Vide de hoc libro disputantem Prellerum de Polemone p. 173 sq.

βάνειν. Οὕτω καὶ τὰ τῶν Σοφῶν ἀποφθέγματα γνωθῆναί φασι καὶ τὰ Πυθαγορικὰ παραγγέλματα.

Quum igitur exploratum sit, Maesonis Megarensis dictum sive illud ex comoedia excerptum fuit, sive praesentem in usum concinnatum, exornasse Hermam Atheniensem: dirimere licebit eam litem quae veteres doctos exercuit teste Athenaeo, utrum Megaris Nisaeis an Hyblaeis esset oriundus. Illis vindicabat Timaeus, pro Siculis pugnabat Polemo. Nobis omnia clamare videntur ut Timaeum potius ducem sequamur. Non enim probabile videtur esse, hominis Siculi tantam apud vetustos Athenienses valuisse auctoritatem, ut de ejus personis comicis nomina imponerent suis personis tanquam πολιτικά, vel ut versiculum poetae Siculi in via publica Hermae insculptum oculis omnium exponerent. Nec indoli comoediae Siculae ea videntur apta esse quae de Maesone tradita habemus. Sed ut Susario et fortasse Tolynus Megarenses Graeciae Atticam pervagati plaustris vexere poemata, quibus Atheniensium animos mirifice oblectarent, sic Maeso in Attica maxime videtur semina perfectae comoediae sparsisse. Jos. Gryssar quidem de Comoed. Dorienss. p. 16. Polemonem probabat: vel si minus aperte illius sententiam adoptare placeat, Maesonem opinatur Megarensem Nisaeum in Siciliam potuisse abire. Et accidit profecto simile quid in Theognide aliisque. Meinekius quoque l. c. p. 6. licet ambigat, in Polemonis tamen est sententiam propensior, quam sibi quovis pacto defendendam sumpsit Prellerus de Polemone p. 84. Frustra: nec eam quaestionem levius tractavisset Prellerus, ut fecit, si argumentorum vim et multitudinem aequa lance ponderavisset. Ceterum fortasse illa quaestio cohaeret cum altera illa de primordiis Comoediae, quam et Nisaei Megarenses et Hyblaei sibi vindicabant. Sed Attica profecto comoedia incrementa cepit ex vicinia: Sicula comoedia proficiscitur ab Epicharmo et Phormide, v. Aristot. Poet. 3.

Nec de aetate qua floruisse dicamus Maesonem haerere possumus dubii. Scimus enim ex libro Meneclis Callistrative, versiculum illum Maesonis fuisse ἀρχαίοις γράμμασι conceptum. Hoc est literis illis, quae ante praetorem Euclidem erant in usu publico receptae. Rudemque istam licet festivitate sua haudquaquam carentem Atellanam Megarensem vix

post bella Persica Atheniensibus placere potuisse concedet qui Atticarum literarum progressus probe expenderit. Nam exculta paullatim arte comica Megarensis lusus sordebat, qui olim in deliciis fuisset. *Ἤκμασε γάρ*, ut est in Provv. Vatic. I, 46., *ἐπὶ χρόνον ἡ Μεγαρικὴ κωμῳδία, ἣν Ἀθηναῖοι καταμωκώμενοι ἐγέλων*. Hinc ego florem Maesonis in eos annos incidisse reor, qui inter Susarionem Euxenidamque et Eueten Myllumque intercedunt, h. e. inter Olymp. L—LXXIII. Accedit, quod supra tangebam, Maesonem vocatum esse *ὑποκριτὴν* ab Aristophane Byzantio. Spectabatur igitur in hoc viro minus id quod scripto consuluisset memoriae fabularum suarum, quam quod momento temporis mentes hominum facetiis suis relaxaret. Denique *Μαισωνικὰ* ista *σκώμματα* non alio spectant quam multum celebratus ille *Μεγαρικὸς γέλως*. Recteque Meinekius ad Megarensis comoediae petulantiam rettulit *Μαισωνικὰ σκώμματα*. Ut vel hinc Timaei sententiae succurras, qui Megaris Nisaeis Maesonem vindicaret, quum Siculorum Comoedia ab ista jocorum petulantia effusaque scurrilitate aliquantum distaret. Omnino ad primores auctores comoediae Megarensis accensendus Maeso erit vel propterea, quod jam Ecphantidem — licet aliter censeat Bergkius Commentatt. de Com. Att. p. 359. — qui fuit *ἐν τοῖς τῶν ἀρχαίων παλαιοτάτοις ποιηταῖς*, pudebat *τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν*, vide Naekii Choeril. Sam. p. 32. Meinek. l. c. p. 12 sq.

Ut jam ad versiculum illum Maesonianum disputationem reflectam, dicebat poeta, *non solere homines beneficiis acceptis gratias referre*. In eam sententiam usurpavit paroemiarum studiosissimus venator Libanius Epist. CXCIV. *Οἱ πολλὰ δὴ παρ' αὐτοῦ χρηστὰ παθόντες — ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονα φασίν.* Quam ille sententiam eo quasi velamine obnupsit, ut nobilissimum ingrati animi exemplum exhiberet. Sic enim solebant veteres poetae, qui non tam id quod fieri possit, quam quod factum aliquando esset in exemplum proponunt. Illud noli dubitare, quin dictum illud habuerit, quod ad res Atheniensium revocari posset. Iccirco potissimum poeta quid sentiret videtur occultius indigitasse dicto illo *φωνᾶντι συνετοῖσιν, ἐς δὲ τὸ πᾶν ἑρμηνέων χατίζοντι.* Vitabat offensum. Constat autem Hipparchum praeivisse morem illum, ut Hermae in viis positi dictis *κοινωφελέσιν* exornarentur.

Cujus quum fere aequalem vixisse Maesonem par sit statuere, suspicari promptum est, taxasse Maesonem ingratum Atheniensis popelli in Pisistratidas animum optime de se reque publica meritos.

Verbo dicendum de Suidae scriptura dicti Maesoniani, quae a Paroemiographis discrepat. Suidas enim *τῖσαν* *'Αχαιοί* propinat loco reliquorum scripturae *δῆσαν* *'Αργαιοί*. Sed tamen vel scripsit vel voluit scribere *δῆσαν*, quod comprobat explicatio subjuncta: *ἡ παροιμία κατὰ τῶν τοὺς εὐεργέτας προπηλακιζόντων ἤτοι ὑβριζόντων*. Seduxisse autem videtur Suidae depravatio Welckerum, qui in Sylloga Epigrr. p. 224. nr. 175. Maesonianum versum sic sibi videbatur emendasse:

'Αντ' εὐεργεσίης 'Αγαμέμνονα στῆσαν 'Αχαιοί.

Epigraphes Parodiam esse *δῆσαν*. Novimus vero, non statuae Agamemnonis ab Achivis positae subscriptum fuisse versiculum, sed Hermae Attico. Praeterea versum jugulat illud *στῆσαν*. Nam quae Welckerus attulit similia correptae ante $\overline{στ}$ aliaque consonarum conjugia vocalis exempla, satis contestantur, veteribus poetis talia vitia imputare nefas esse.

Superest ut circumspiciamus, quam tandem narrationem de vi Achivorum in summum imperatorem conversa secutus esse videatur Maeso. In carminibus quidem Homericis reliquorumque quos novimus epicorum poetarum narrationibus frustra quaesiveris fontem. Accipe quod conjeci. Tertio libro Odysseae ubi Nestor Telemacho narrat, qui factum fuerit, ut exercitus Graecorum in patriam rediturus in duas partes discederet, exponit Minervam Agamemnonis et Menelai animos a se invicem abalienasse: Menelaum illico vela ventis danda censuisse, Agamemnonem remanendum, ut Minervae ira placaretur sacrificiis apparatis. Sed ipsos versus appono Odyss. *Γ*, 137 sqq.

Τὼ δὲ καλεσσαμένω ἀγορὴν ἐς πάντας 'Αχαιοὺς
μὰψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον, ἐς ἠέλιον καταδύντα
— οἱ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηότες υἷες 'Αχαιῶν —
μῦθον μυθείσθην, τοῦ οὕνεκα λαὸν ἄγειραν.
"Ενθ' ἤτοι Μενέλαος ἀνώγει πάντας 'Αχαιοὺς
νόστου μιμνήσκεσθαι ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης·
οὐδ' 'Αγαμέμνονι πάμπαν ἑήνδανε· βούλετο γάρ ῥα
λαὸν ἐρυκακέειν ῥέξαι θ' ἱερὰς ἑκατόμβας,

ὡς τὸν Ἀθηναίης δεινὸν χόλον ἐξακέσαιτο.
Νήπιος, οὐδὲ τὸ ᾔδη, ὃ οὐ πείσεσθαι ἔμελλεν.
Οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων.
Ὣς τὼ μὲν χαλεποῖσιν ἀμειβομένω ἐπέεσσιν
ἕστασαν· οἱ δ' ἀνόρουσαν ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ
ἠχῇ θεσπεσίῃ· δίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλή·
νύκτα μὲν ἀέσαμεν χαλεπὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντες
ἀλλήλοις· ἐπὶ γὰρ Ζεὺς ἤρτυε πῆμα κακοῖο κτλ.

Sane, Achivos non eo impudentiae prorupisse facit Homerus, ut manibus Agamemnoni admotis vincula injicerent. Id tamen ab eorum Epicorum, quos Cyclicos vocant, ratione et indole non abhorrere crediderim, ut Achivos *οἴνῳ βεβαρηότας* vim intulisse *ποιμένι λαῶν*, ad nutum quodammodo Homericum, exornatius confinxerint. Et erat Agamemnonis sententia *εὐεργεσίη* quaedam. Nam qui cum Menelao discessere, vel per maria omnia plurifariam jactati sero patrios Lares salutarunt vel saevam Deorum ob iram periere, v. Augiae Troezenii *Νόστους* apud Procl. Chrestom. p. 535 sq. Gaisford. Alteram rationem video ego quidem, qua has tenebras discutias, sed vix a me impetrare possum, ut sequendam putem. Possit enim Maeso de *πέπλῳ* illo *ἀπεράντῳ* cogitasse, quo Aegisthus cum Clytaemnestra domum reducem Agamemnonem implicatum securi ceciderunt. Sed verba tamen dicti Maesoniani huic sententiae minus favere apertum est.

V.

De fabulis Archilochi.

Accedit

mantissa observationum in Archilochi carmina.

Ne quis conspecta inscriptione hujus commentarioli post praeclaram Imm. Huschkii de fabulis Archilochi disquisitionem Iliadem, ut ajunt, post Homerum exspectet: operae pretium duxi ea potissimum excutere paullo observatius, quae nuper de indiciis aliarum praeter nobilissimas illas de simio et vulpe deque vulpe et aquila fabulas per fragmentorum corpus sparsis monuit Godofredus Bernhardy in Histor. Graecar. Literar. I. p. 57. Cujus viri docti haec sunt verba: „Archilochos fügte die Fabel als Einkleidung und mittelbare Würze in seine Iamben, worauf bei der Zusammenstellung seiner Fragmente noch wenig geachtet ist: Belege seien fr. 18. 62. (vgl. die Stellen bei 59.) 79. 116. mit 66. zu verknüpfen, aus denen wol hervorgeht, dass die Bitterkeit seiner Schmaehgedichte durch Gleichnisse jener Art erhöht wurde."

Inconsideratius haec pronunciavit Bernhardy. Nam quum de *fabularum* vestigiis dicere coepisset, in fine enunciati furtim substituit *comparationes.* Quas quis est, qui juxta habendas censeat? Veteres scriptores fabularum Archilochiarum haud raro injiciunt mentionem, sed ut omnia ad duas illas celebratissimas fabulas relabantur. Perstringamus singula.

Primum vel fabulae vel comparationis vestigium Bernhardy sibi visus est repperisse fr. XVII. Liebel.

Ἐσθλὴν γὰρ ἄλλην οἶδα τοιούτου φυτοῦ
εἴκασιν.

Quasi vero verba *εἴκασιν φυτοῦ* fabulae haberent admonitionem. Decepit Bernhardium apertum vitium scripturae: *εἴκασις* enim vox quum neque Graecum sonet et in versum iam-

bicum male coeat, Toupius ἴασιν — et diu ante Toupium H. Stephanus Thes. L. Gr. IV. p. 494, F. —, Ruhnkenius ἄκησιν excogitaverunt. Probabilius Stephanus et Toupius. Modo ἴησιν leviter corrigas.

Deinde provocat ad fr. 62. (Delect. 80.)

Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει
δολοφρονέουσα χειρὶ, τῇτέρῃ δὲ πῦρ.

En proverbiale dictum de muliercula male fida, versipelle, mutabili, modo flagranti, modo frigida: fabulae nihil. Ceterum in Delectu pro consilii mei ratione non tetigi, quod post Coraën Schaeferus in Plut. Demetr. XXXV. illa verba hexametro inclusit:

Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει δολόφρων χερὶ, τῇ δ' ἑτέρῃ πῦρ.

Cui mutationi licet codicis fides unius obtendatur, refragatur tamen et reliquorum librorum consensus et alii duo loci Plutarchi Morall. II. p. 950, F. 1070, A., qui stant a vulgata. Prodit correctoris Grammatici manum correpta media vocis *δολόφρων*. Brevem enim vocalem sequente muta cum liquida, bis, si recte memini, corripuit quidem Archilochus ante *βρ*, sed ut locorum ratio facilem praeberet excusationem. Prior locus est fr. XXVI. (Del. 28.)

Βρῦτον ἢ Θρῇξ ἀνὴρ
ἢ Φρὺξ ἔβρυζε,

ubi veniam praestat figura etymologica jocose novata. Alter locus est fr. LXXXVII. Gaisf. (Del. 12.)

*Πάντα πόνος τεύχει * βροτοῖς μελέτη τε βροτείη.*

Quem locum quoquo modo emendaveris, in coacervatis verbis *βροτοῖς* et *βροτείη* correptionis libertas voculae *τε* concessa erit.

Pergit Bernhardy ad fr. LXXIX. Liebel., cujus membra compage sua soluta revinxit P. Elmslejus ap. Gaisf. fr. XCVI. ed. Lips. (Del. 33.)

Ὡστ' ὄνου Πριηνέος
κήλωνος ἐπλήμυρον ὀτρυγηφάγου.

Vides assimilari hominem in omnem libidinem effusum asino *ὀχευτικῷ*. Fabulae nec vola nec vestigium. Hac occasione annoto, veteres quosdam pro *ὀτρυγηφάγου* (Hesych. *περιττὸν τὸ ο· τρύγη γὰρ ὁ σῖτος καὶ ὁ χόρτος.*) legisse *ἀτρυγηφάγου*. Hesychius *ἀτρυγηφάγου· πολυφάγου· Τρύγη γὰρ*

ὁ Δημητριακὸς καρπός. Quam glossam ad hunc locum revocandam esse patet.

Deinceps Bernhardy ponit in fabularum numero fr. CXVI. In quo mirifice fallitur. Aelianus V. H. IV, 14. *Πολλάκις τὰ κατ' ὀβολὸν μετὰ πολλῶν πόνων συναχθέντα χρήματα κατὰ Ἀρχίλοχον εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον καταίρουσιν. Ὥσπερ γὰρ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥᾴδιον, συνέχειν δὲ χαλεπόν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα.* Echini commemoratio seduxit Bernhardium. Quam ab Aeliano additam, non ex Archilochi loco haustam esse perspexerant jam alii. Confirmat sententiam Nicetas Histor. p. 150., ex quo *καταῤῥέουσιν* a Scheffero emendatum pro Aeliani *καταίρουσιν* amplexus Fr. Jacobsius Archilochia haec fuisse arbitrabatur:

πόρνης γυναικὸς ἔντερον
καταῤῥέουσιν.

Nicetae haec sunt: *Τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου ἄντικρυς ἐπεραίνετο, ὅ φησιν εἰς ἔντερον πόρνης πολλάκις μεταῤῥυΐσκεσθαι τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ συλλεγέντα μακρῷ.* Hinc Archilochum missis prioribus verbis in pedestrem orationem ab Aeliano et Niceta conversis haec fere scripsisse putem:

πολλάκις
πόρνης γυναικὸς ἔντερον καταῤῥέει.

Echini autem comparatio quum Aeliani sit, quam fallaci fundamento nixus sit Bernhardy patet, qui quidem cum isto fabulae scilicet frustulo sociari jusserit fr. LXVI.

Πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.

Quem ego versum probabiliter mihi revocasse videor ad fabulam de simio et vulpe, v. Delect. fr. 78. Ferebantur autem alia quaedam in fragmentis hic illic natantia, quae ad alterutram fabulam Archilochiam redegi in Del. p. 191 sq. coll. Addend. p. 469. —

Licet pleraque quae vel ad emendanda vel ad explicanda Archilochi fragmenta mihi repperisse visus sum nova, exprompserim in Delectu meo, sunt tamen quae dicenda restant de iis fragmentis quae in Delectum recipere non potui. Nec desunt quae explicatius disseri posse videantur de fragmentis aliquot Delectui insertis. Veluti statim fr. 21. hoc est:

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει

οὐδ' εἷλέ κω με ζῆλος οὐδ' ἀγαίομαι
θεῶν ἔργα, μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος·
ἀπόπροθεν γάρ ἐστιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν.

Ab hoc ipso loco profecta est veteris Grammatici doctrina in Et. Gud. p. 537, 26. *Τύραννος· ἤτοι ἀπὸ Τυῤῥήνων· ὠμοὶ γὰρ οὗτοι· ἢ ἀπὸ Γύγου, ὅς ἐστιν ἀπὸ Τύῤῥας πόλεως Λυδιακῆς, τυραννήσαντος ἐν αὐτῇ πρῶτον. Οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι Ἀρχιλόχου.* Constat ex Argumento Oedipi Regis, indagasse Hippiam Eleum, nomen tyranni Homero ignotum circa Archilochi demum aetatem increbuisse. Quam observationem ex hoc ipso loco, non ex alio, ductam confirmat Schol. Aesch. Prom. 224. *Τὸ δὲ τυραννίδος ὄνομα τοῖς μὲν παλαιοτάτοις ἄγνωστον· οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς οἶδεν αὐτὸ καὶ πρὸ αὐτοῦ δὲ Ἀρχίλοχος, λέγων· Μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος.* Nec exstitisse videtur alter locus de Gyge: nam Herodoto I, 12. obversatum esse hunc ipsum locum ex Juba hausit Rufinus de Metr. Terent. p. 387. Gaisford., qui allato Herodoti loco addit: „Meminit autem versus ejus Herodotus quem applicui:

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει."

Nec aliunde accepta Etymologi notatio, quam ex nostri versus commentario. Tyrrha autem urbs Lydiae ut exstiterit — nam id sat gravibus de caussis statuit Muellerus Etrusc. I. p. 80. —, at neque Gyges ejus imperium tenuisse credetur neque *tyranni* vocabulum inde ortum esse. Tetigit hanc quaestionem God. Hermannus in dissertatione de Graeca Minerva p. 7. Postquam urbem istam Tyrrham immerito suspectavit, haec disputat de Scholio illo Et. Gud.: „Habet speciem conjecturae, explicando difficiliori cuidam versui factae, quales multas fecerunt veterum poetarum interpretes. Scripsit quidem *ὑπομνήματα* in Archilochum doctissimus Grammaticus Aristarchus, ut ex his videri possit petita esse ista Tyrrhae commemoratio: sed nisi diserte ipse Aristarchus testis citetur, haud facile credam hujus esse istud testimonium." Ex nostro loco fluxisse istas fabellas mihi videor clare docuisse. Namque insipidior interpres Archilochi nescio quis — de Apollonio Rhodio cogitare non fuerit nefas — quum *τυραννίδος* nomen cum Gyge *πολυχρύσῳ* sociatum deprehendisset, meminissetque eruditus homo urbis illius Tyrrhae, Gygi ejusque regno illam appella-

tionem primo tanquam propriam et peculiarem haesisse imprudenter finxit. Ipsi non dubito quin id ingeniosum visum fuerit. Ceterum de Tyrrha urbe idem plane quod Hermannus judicavit Welckerus aliquot annos ante apud Sebaldium Archiv. Philol. 1830. X. p. 76.

Haec ego consulto explicavi disertius. Nam veterum Grammaticorum lusus ingenii quam vel doctissimis hominibus fucum faciant interdum, clarum praebet exemplum Frid. Thierschii disputatio quae scholio illo superstructa exstat in Scriptis Academiae Monacensis 1835. T. I. p. 714. Disputat Thierschius sic, ut quum omnem de Gyge fabulam historico tamen niti fundamento arbitretur, sub ejus persona statuat rerum conversionem latere, qua factum sit, ut regnum Lydorum ad aliam regum stirpem transiret. Apparere autem ex Scholio illo nostro, Tyrrham vel Torrham, i. e. Torrheborum metropolin, Gygae patriam fuisse ipsumque ejus principem vel *τύραννον* factum. Gyges autem gentis prius a Lydis devictae principatum consequutus, si postea toto Lydorum imperio cum regis eorum caede potitus sit, facile patere, novam illam rerum conversionem satis clare indicari, qua factum sit, ut qui antea a Lydis superati essent Torrhebi, ipsi versa vice Lydos debellarent ducemque suum totius gentis regem constituerent, et rell.

Habet hoc diva Grammatica commune cum Furiis, ut *βαρυπεσῆ καταφέρῃ ποδὸς ἀκμὰν, σφαλερὰ τανυδρόμοις κῶλα, δύςφορον ἄταν.*

Sed his praemissis ex ordine disseram. Jucundissimum Elegiae fragmentum quartum in Del. nostro, apud Liebel. LVI. aliquot vocibus augebo. Nam Et. M. p. 324, 14. haec perscripta habet: *Ἡ ἐξ πρόθεσις ὅταν αὐτῇ σύμφωνον ἐπιφέρηται, τρέπει τὸ ξ εἰς κ. δεῖ δὲ προςθεῖναι, χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ μετὰ παρέλκοντος, οἷον ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ· Διὲξ σωλῆνος. Καὶ πάλιν· Διὲξ τὸ μύρτον, ἀντὶ τοῦ διὰ τὸ μύρτον· σημαίνει δὲ τὴν μυρσίνην.* Pleniora haec servavit omisso tamen Archilochi nomine Scholiasta Venetus Hom. Il. *I*, 7. *Μετὰ τῆς διά οὖσα ἡ ἐξ οὐ τρέπει τὸ ξ· Διὲξ σωλῆνος εἰς ἄγγος.* Scripto *ἐς* lucrabimur exitum versus heroici, quem suspicor exiguo intervallo festivissimi fr. IV. verba secutum esse:

Ἀλλ' ἄγε, σὺν κώθωνι θοῆς διὰ σέλματα νηὸς

φοίτα καὶ κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων·
ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς
νήφειν ἐν φυλακῇ τῇδε δυνησόμεθα·
(*Ex cadis autem haustum merum funde*) *διὲξ σωλῆνος ἐς ἄγγος.*

Cur autem poeta altero loco *διὲξ* genitivo, altero sociaverit accusativo, scite significant veterum magistrorum de praepositionibus *παρὲξ* in simili caussa placita apud Eustathium Il. p. 732, 48. *Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρός φασιν, ὅτι ἐπὶ τοῦ παρέξ ἔστι μὲν ὅτε τὸ νοητὸν ἐπικρατεῖ τῆς ἐξ, ἔσθ' ὅτε δὲ τῆς παρά, ἤγουν ἐπεὶ τὸ παρέξ ἐκ δύο σύγκειται προθέσεων, τῆς παρά καὶ τῆς ἐξ, ποτὲ μὲν ἡ τῆς ἐξ προθέσεως νόησις ἐπικρατεῖ, καὶ προκαλεῖ γενικὴν σύνταξιν, ὡς τὸ παρὲξ ὁδοῦ ἤγουν ἔξω τῆς ὁδοῦ, ποτὲ δὲ ἡ παρά πρόθεσις νικῶσα προάγεται εἰς αἰτιατικήν, ὡς τὸ παρὲξ τὴν νῆσον, ἤτοι παρὰ τὴν νῆσον.* Confer de his praepositionum conjugiis Spitzneri Excursum XVIII. in Homeri Iliadem. —

Naufragii descriptionem fr. 8. commemorati laudibus effert Longinus de Sublimi X, 6. Quo ex loco Nic. Bachius de Lugubri Graec. Eleg. p. 10. colligendum esse opinabatur, transtulisse Archilochum in carmen istud versum Homericum:

τυτθὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται.

Ex ungue leonem. Sic levitatem Bachii hoc commento cognoscas. Nihil enim testatur Longinus aliud, nisi naufragii descriptionem tam sobrie adornatam fuisse, ut luxurie orationis omni resecta poeta ipsa sermonis in gravitate rei simplicitate animos mirifice commoveret. Longini haec sunt: *Ὁ ποιητὴς* (Homerus) *οὐκ εἰς ἅπαξ παρορίζει τὸ δεινόν, ἀλλὰ τοὺς ἀεὶ καὶ μονονουχὶ κατὰ πᾶν κῦμα πολλάκις ἀπολλυμένους εἰκονογραφεῖ. Καὶ μὴν τὰς προθέσεις ἀσυνθέτους οὔσας συναναγκάσας παρὰ φύσιν καὶ εἰς ἀλλήλας συμβιασάμενος ὑπὲκ θανάτοιο τῷ μὲν συνεμπίπτοντι πάθει τὸ ἔπος ὁμοίως ἐβασάνισεν, τῇ δὲ τοῦ ἔπους συνθλίψει τὸ πάθος ἄκρως ἀπεπλάσατο καὶ μονονοὺκ ἐνετύπωσε τῇ λέξει τοῦ κινδύνου τὸ ἰδίωμα· Ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται. Οὐκ ἄλλως ὁ Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ ναυαγίου καὶ ἐπὶ τῇ προσαγγελίᾳ ὁ Δημοσθένης* (de Cor. p. 284. Rsk.)· *Ἑσπέρα μὲν*

γὰρ ἦν, φησίν. Scilicet Archilochus pariter atque Homerus οὐκ εἰς ἅπαξ παρορίζει τὸ δεινόν, ἀλλὰ τοὺς ἀεὶ κτλ. In hanc sententiam interpretanda esse Longini verba confirmant quae sequuntur: Ἀλλὰ τὰς ἐξοχάς, ὡς εἴποι τις, ἀριστίνδην ἐκκαθήραντες ἐπισυνέθηκαν, οὐδὲν φλοιῶδες ἢ ἄσεμνον ἢ σχολικὸν ἐγκατατάττοντες διὰ μέσου. —

Fr. XXIII. Liebelius sic edidit:

Μετέρχομαί σε, σύμβολον ποιουμένη.

Exstant haec apud Philochorum in Scholl. Vett. in Pind. Ol. XII, 10. Φιλόχορος τὰς ἐκ φήμης μαντείας, τουτέστι κληδόνας καὶ πταρμοὺς ἢ φωνὰς ἢ φήμας ἢ ἀπαντήσεις σύμβολά φησι λέγεσθαι, ὡς Ἀρχίλοχος·

Μετέρχομαί σε σύμβολον ποιούμενος.

χρήσασθαι δὲ αὐτοῖς πρώτην Δήμητραν.

Legitur vulgo ποιουμένη, sed Codd. Gotting. et Vratisl. D ποιούμενος. „Verum est," ait Boeckhius, „ποιουμένη, quippe Ceres Proserpinam quaerens." At neque ποιουμένη verum est neque de Proserpina loquutus poeta. Neglexerunt testimonium Scholl. B Hom. Il. Φ, 199. Μετ' ἄγγελος ἦλθ' ἀνέμοισιν: Ἰωνικῶς ἀντὶ τοῦ πρὸς ἀνέμους ἦλθεν, ὡς Ἀρχίλοχος· Μετέρχομαι σύμβουλον. Eundem autem intelligi locum quem Scholia Pindari servavere integriorem, argumento est Scholiasta Victorii, apud quem μετέρχομαι ἐς σύμβουλον ποιεύμενος repertum est. Mire judicavit Liebelius fr. CXVI. Quum igitur ex horum auctoritate testium legendum sit:

Μετέρχομαί σε, σύμβολον ποιεύμενος,

Boeckhii sententia concidit. Omnis de Cerere sententia Philochori est, non illa ex versu Archilochi ducta. Docet Scholiasta Aristoph. Avv. 722. Ξύμβολον ὄρνιν: Φασὶν ἐπειδὴ σύμβολα ἐποίουν τοὺς πρῶτα ξυναντῶντας καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντας· ταῦτα δὲ πάντα Δημήτερι ἀνέκειτο, ὥς φησι Φιλόχορος, p. 101. Siebelis. Namque Ceres in quaerenda filia prima usa dicebatur ἐνοδίοις συμβόλοις, quo pertinet Ovid. Fastt. IV, 465.

Forsitan illa dies errori summa fuisset,
Si non turbassent signa reperta sues.

Adi Lobeckium Aglaoph. p. 828. —

Fr. 37. Delect. nostr. (XXI. Liebel.) edidi:

Χαίτην ἀπ' ὤμων ἐγκυτὶς κεκαρμένη.

Legebatur *ἐγκυτί.* Qua forma Callimachus usus est, v. praeter alios Ioannem *Τον. παραγγ.* p. 38, 20. Dindorf. *Ἐγκυτὶς χωρὶς τοῦ σ̄ Καλλίμαχος εἶπεν· Σὺ δ' ἐγκυτὶ τέκνον ἐκέρσω.* Apud Grammaticum Baroccianum Bekkeri Ann. p. 1319. *ἐγκοιτὶς ὀξυτόνως* scribe *ἐγκυτίς.* —

Fr. 47. (Liebel. XXXVI.) nobilissimum ubi affert Plutarchus Moral. p. 169, B. pergit: *Τοῦτο ἰδὼν κυβερνήτης εὔχεται μὲν ὑπεκφυγεῖν καὶ θεοὺς ἐπικαλεῖται σωτῆρας, εὐχόμενος δὲ τὸν οἴακα προςάγει, τὴν κεραίαν ὑφίησι*

Φεύγει μέγα λαῖφος ὑποστολίσας
ἐρεβώδεος ἐκ θαλάσσης.

Haec verba — in quibus codex Mosq. 2 *ἐρεύδεος* — et Schneiderus ad Theophrastum IV. p. 748. et Hasius in Bredovii Epistt. Paris. p. 255. Archilocho vindicabant. At numeri sunt non Archilochii. Lyrici poetae verba esse videntur, fortasse Simonidis Cei. Sed non temere suspiceris ad carmen 47. pertinuisse quae servavit Scholiasta Nicandri Ther. 34. (Liebel. fr. CI.) *Τὸ ἀμυδρὸν ἀντὶ τοῦ χαλεπόν· καὶ παρ' Ἀρχιλόχῳ εὕρηται εἰπόντι·*

ἀμυδρῶν χοιράδων
ἐξαλεύμενος.

Sic codices Gott. Lorr. Vulgo *ἀμυδρὰν χοιράδ' ἐξαλευάμενος.*

Fr. LXXIX. Liebel. ex Iobacchis servavit Stephanus Byz. v. *Βέχειρ· ἔθνος Σκυθικόν, ὡς Σάπειρ ἢ μετὰ τοῦ σ̄ Σάσπειρ, Ἐλεάζειρ, ὀνόματα βαρβάρων· Λίγειρ ποταμὸς περὶ Πλάταιαν· χρυσοέθειρ παρ' Ἀρχιλόχῳ ἐν Ἰοβάκχοις, ὅπερ ἀποκέκοπται τοῦ χρυσοέθειρος· ἐκατόγχειρ τὸ σύνθετον.* Haec Herodianea esse evincit qui paullo aliter easdem copias excerpsit Theognostus Crameri Ann. Oxx. II. p. 41, 23. *Τὸ Βέχειρ ὄνομα ἔθνους· Σάπειρ ὁμοίως· Ἀλάζειρ ὄνομα κύριον· Λίγειρ ὄνομα ποταμοῦ· Ἐλάτειρ ὁμοίως· τὸ χρυσέθερ ἀπὸ τοῦ χρυσέθειρος ἀποκέκοπται.* Conferendus de his nominibus Lobeckius Parall. I. p. 210. Ceterum Stephani *Ἐλεάζειρ* prae Theognosteo *Ἀλάζειρ* spernendum esse docet Herod. IV, 164., ubi Arcesilai uxor, Barcaeorum regis filia, *Ἀλαζίρ* vocatur: repone ex Theognosto et optimo codice S *Ἀλαζεῖρ.* —

Etym. Parisinum apud Bekker. Ann. p. 1438. post verba

Et. M. p. 575, 12. *Μέζεα τὰ αἰδοῖα, ὅτι μέσα εἰσὶ τῆς οὐρᾶς μέσσεα ὄντα· Σικελοὶ δὲ καὶ Ταραντῖνοι μέσα αὐτὰ ἀποκαλοῦσιν. Ἡσίοδος* (Opp. 512.) *καὶ ὑπὸ μέζε' ἔθεντο. ἢ κατὰ μετάθεσιν τοῦ δ εἰς ζ μέδεα* (adde *καὶ μέζεα*): post haec igitur addit: *ὡς καὶ Ἀρχίλοχος·*

Ἶνας δὲ μέδεων ἀπέθρισεν.

Vide fr. CXXXV. Gaisf. ed. Lips. Adde Et. Gud. p. 390, 49. *Ἢ καὶ μετὰ τοῦ τοῦ σώματος* (l. *μέσα τοῦ σώματος*)*· οὐρὴν δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο. ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· ἶνας δὲ μελέων ἀπέθρισε.* Putem tetrametri trochaici exitum fuisse hunc:

ἶνας μέζεων ἀπέθρισεν. —

Pauca se mihi obtulere quae in Liebelii Gaisfordiique collectionibus prorsus desiderantur. Quae deinceps proponam.

1. Tetrametris trochaicis adjungendus locus praeclarus apud Scholiastam Ravenn. ad haec Aristophanis Lysistr. 1258.

Ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας
ἆγεν ᾇπερ τὼς κάπρως
θαγόντας, οἰῶ, τὸν ὀδόντα·
πολὺς δ' ἀμφὶ τὰς γέννας ἀφρὸς ἤνσει,
πολὺς δ' ἅμα καττῶν σκελῶν ἀφρὸς ἵετο.

Scholia: *Ὥσπερ κάπρους· συνεβοήθουν γὰρ κατὰ Περσῶν τοῖς Ἀθηναίοις οἱ Λακεδαιμόνιοι· πρὸς τὸ παρὰ τῷ Ἀρχιλόχῳ.* Alius Scholiasta: *Πρὸς τοὺς παρὰ τῷ Ἀρχιλόχῳ· Πολὺς δὲ ἀφρὸς ἦν περὶ τὸ στόμα.* Iterum Ravennas: *Ἀφρός· πολὺς δ' ἀφρὸς ἦν περὶ στόμα.* Scripsit Archilochus acerrimum praelium enarrans:

Πολλὸς δ' ἀφρὸς ἦν περὶ στόμα.

Non raro cum apris furentibus acres praeliatores comparantur, veluti Euripides dixit Phoeniss. 1395.

Κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν
ξυνῆψαν, ἀφρῷ διάβροχοι γενειάδας.

Aeschylus in Scholl. Rav. l. c. dixisse fertur: *Ἀφρὸς βροτείας ἐῤῥυηκότα στόμα.* Quae valde corrupta sunt. In vulgatis Scholl. et Sophocles citatur et Aeschylo tribuuntur verba *ἀφρὸς βορῆς . . . . . στόμα.* Compara Hesych. s. v. *ἀφρός* et vide Fritzschii Euphrosyn. I. p. 20 sq.

2. Archilochi tetrametris vindicavit Gaisfordius haec apud Zenob. I, 52. *Ἀκεσίας ἰάσατο: ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον*

ἰωμένων· ὅλην δὲ Ἀριστοφάνης ἐν τετραμέτροις ἐκφέρει λέγων·

Ἀκεσίας τὸν πρωκτὸν ἰάσατο.

Ἀκεσίας γάρ τις ἐγένετο ἰατρὸς ἀφυὴς, ὃς τὸν πόδα τινὸς ἀλγοῦντος κακῶς ἐθεράπευσεν.

Gaisfordii sententia a facilitate mutationis nominis *Ἀριστοφάνης* in i. q. est *Ἀρχίλοχος* commendatur. Alii Aristophanem Byzantium intelligunt, v. Leutschium ad Zenob. l. c. Si verum vidit Gaisfordius, Acesiae nomen jocose finxit poeta, ut Heliodorus IV, 7. *Ἀκεστῖνον* vocavit medicum, a verbo *ἀκεῖσθαι*. Sic solet Archilochus: similiter *Κηρυκίδης*, *Λεώφιλος*, *Ἐρασμονίδης Χαρίλαος* aliaque non sunt nomina propria, sed per jocum indita, quo indoles istorum hominum moresque vellicarentur.

3. Scholia Veneta Aristoph. Pac. 1147. *Πάρδακον δὲ δίυγρον. Οὕτω γὰρ καὶ Ἀρχίλοχος καὶ Σιμωνίδης.* — *Ἀρχιλόχου· Παρδοκὸν δι' ἐπιοίον* (sic).

Welckerus ad Simonidis Amorgini fr. 25. *διὰ πεδίον* conjicit. Liceret *παρδακὸν δὲ δάπεδον.*

4. Crameri Ann. Oxx. I. p. 249, 27. *Παρὰ τὸ ἐκεῖθι κεῖθι καὶ κεῖ παρὰ Ἀρχιλόχῳ.*

Κεῖθι est fr. 52. *Πόδες δὴ κεῖθι τιμιώτατοι.*

5. Crameri Ann. Oxx. I. p. 441, 21. *Ἡ φθειροὶ δοτικὴ συνέστη παρὰ Ἀρχιλόχῳ·*

Φθειροὶ μοχθίζοντα.

Confer Lobeckii Parall. I. p. 35.

6. Ibid. p. 164, 25.

Φῦμα μηρίων μεταξύ,

Ἀρχίλοχος.

7. Ibid. p. 400, 30. *Τὸ τέο τετόλμηκεν Ἀρχίλοχος·*

Τέο χολούμενος;

ἀντὶ τοῦ τίνος.

Legebatur *τέ χολούμενος.*

Haec hactenus. Sed praeter spem accidit, ut alia quaedam frustula poetae Parii admodum nuper in dias luminis auras prodierint. Namque Thomas Gaisfordius, Britannus, qui multis nominibus de veteribus scriptoribus ad fidem librorum veterum revocatis praeclare meruit, edidit Scriptores Rei Metricae Latinos eosque ad normam codicum manuscriptorum

multis partibus castigatos. Ex illis copiis Gaisfordianis jam manifestum est, prioribus editoribus et maxime, ut videtur, Eliae Putschio religiosum non fuisse, versus Graecos a Metricis Latinis ex collegarum Graecorum operibus transcriptos pro lubidine sua immutare et depravatis, ut fere fit in scriptoribus Latinis, clanculum subrogare plane alia. Sic in versibus quibusdam Archilochiis factum est. Exemplum esto *primum* Mar. Plot. p. 268. „De puro iambico trimetro Archilochio exempla Graeca haec sunt:

Πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε,
[ἔπος; τίς σὰς παρήειρεν φρένας.]

Alterius versiculi numeros innumeros procudit Putschius. Nam ipsius libros ista obtulisse quis credet? Usus est versu epodico, qui priori versui adhaesit:

τίς σὰς παρήειρεν φρένας;

Gaisfordii codex Leidensis: *ΕΠΟΝ ΚΙ ΔΕΙ ΚyЄΜЧCIΔ. ΙΤΕΝΠΡΟΔΙ.* Gratiam habebo si quis eruerit quid delitescat.

Similiter p. 272. versum Hipponacteum obtrusit Putschius:

Ὡς οἱ μὲν ἄγεῖ Βουπάλῳ κατηρῶντο.

Codex *ΟΚΛΑΖΟΜΕΝΙΟΥΒΟΥΝΑΛΟC ΚΑΘΗΙΝΕ,* h. e.

Ὦ Κλαζομένιοι, Βούπαλος καθήρεε,

vel, ut est apud Iubam Rufini p. 386.,

Ὦ Κλαζομένιοι, Βούπαλος κατέκτεινεν.

Sic enim Gaisfordius nulla scripturae discrepantia. Concidit infelix nostrum commentum Delect. Hipponact. fr. 7. κατεκτάνθη; nitebar enim errore Rufini Putschiani κατέκτειθεν.

Alterum Archilochi exemplum latet apud Plotium statim post. Pergit: „Huic si addiderimus alterum pedem disyllabum iambum, erit trimetrum iambicum purum acatalectum Archilochium, de quo paullo ante tractavi:

"Ασκρες μὲν οὐκ ἔσεστι μοὶ λύχνος βαθύς."

Has ineptias Putschio debemus vel si quis ante Putschium interpolavit Plotium. Codex: *ΑCΚΙCΜΕΝΟΥΚЄCЄCΤΙΝΟΙ ΛΙΧΝΟΧ.* Ex quibus alii viderint quid extricari possit.

Tertium exemplum Archilochium est p. 271. „Trimetrum catalecticum iambicum fit hoc modo, cum una syllaba deest, ut sex pedes iambici binis junctis trimetrum faciant, ut est: *'ΑΝΤΩΤΙ ΜΟΥCΑ ΠΡΟΣΙΜΕΣΟΝ.*— Hic enim si fuerit

addita in fine syllaba, fiet Archilochium, de quo paullo ante tractavi: *ANTONI NOTI MOTCA ΠΡΟΣΑΔΜΙΣΑΤΟΣ.*"

Codex supra: *ΑΝΤΩΤΙ ΜΟΤCΑΠΠΟCΜΗCΟΝ.*

Ω

Infra: *ΑΝΤΟΝΙΝΟΙΙΝΙΟΧCΑΠΡΟCΑΛΕCΤΑΤΟC.*

Tentabat Terhaerius:

Ἀντωνίνῳ τι Μοῦσα προσύμνησον μέλος.

In superiore mihi videtur *Μοῦσα πρὸς μέσον* dilucescere, in altero *Μοῦσα προςφιλέστατος.*

Quartus locus est p. 277. „Dimetrum acatalectum Archilochium de quo supra docui *ΦΑΒΟΤΛΟCЄCΘCΘΙΛΟΙC.*" Latetne:

Ἄβουλος ἦσθ', ὦ Ἴλιος?

Versus Hipponacteus exstat p. 273. tanquam exemplum versus choliambi, qui altero loco spondeum habeat:

ΟΚΙΕΛΡΡΩΝΑΙΔΙΟΙΟCΙΝ ἐν χοροῖς βακχῶν.

Codex:

ΟΚΙΟΛΡΡΟΝΑΙΔΙΟΙΟCΙΝЄCΧΟΡΟΙCΒΑΧΧΩΝ.

Hinc Gaisfordii amicus: *Οὐκ ἄῤῥην αἰδοίοισιν ἐν χοροῖς βακχῶν* pessime ludebat. Non multo melius Gaisfordius:

Ὁ χαίρων Λυδίοισιν ἐν χοροῖς βακχῶν.

Ego certe ab initio suspicor positum fuisse *Ὁ Κίων* vel *Οὐ Κίων*, quo nomine commemoraverat Hipponax tibicinem Phrygium, v. fr. LXXII. Welcker. Ut in nomine proprio quodammodo excusabilis fuerit depravatio numerorum.

P. 299. Putschius egregie eruit versum Pindaricum priorem:

Ὅς καὶ τυπεὶς ἁγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν.

Alterum ab Hephaestione suffuratus est:

Χρυσέοισιν ἀνθέμοισι τὰν Θέμιν οὐρανίαν.

Nimis enim recedunt literarum ductus codicis: *ξυCOTLPA TINNAΠΟΙΚΟΝΤΑΤΕΤΟΤΤΡΙΟΝ.*

Haec emendabit qui volet et poterit. Fateor enim mihi rem saepius periclitanti divam Criticam non adspirasse. Nec id quidem exploratum est, omnes illos versus, qui Archilochiorum quos vocavere Metrici versuum in exemplum propositi sunt, Archilochum habere auctorem. Docet verbi gratia exemplum p. 271. „Trimetrum Iambicum brachycatalectum colurum, quod *Alcmanium* nuncupatur, percutitur sic, cum novissimus pes, id est tertius, debens et ipse sicut duo ante se quattuor habere syllabas, duas habet, ut est:

Μέλει φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ."

Welckerus exhibuit in Incertis Alcmanicis fr. CXXX., quum sit versus Aeschyli Sept. ad Th. 269. —

Ingenue fassus sum, me superioribus illis emendandis imparem esse. Quaedam tamen alia mihi videor posse sanare. Sic p. 264. „De quibus unum solum ponam Graecum exemplum hemidexium quod repperi tribus dactylis constans, ut

Ξεῖνε τὸν Ἀρχιλόχου τάφον.

Codex *ἈΡΧΕΒΡΟΥ.* Lege *Ἀρχεβίου.*

Rursus p. 266. „Hymenaicum dimetrum dactylicum Sapphicum monoschematistum est: semper enim duobus dactylis constat:

. . . . μήνιον
τὸν Καλυδώνιον.

Codex: *ΥΕCCЄΡyΙΑΗΝΙΟΝΩΤΟΝΑΔΟΝΙΟΝ.* Alter igitur versiculus fuit:

ὦ τὸν Ἀδώνιον.

In priore *Ὑμήναον*, forma Aeolica, apparere videtur. Supra quoque Plotius exemplum dimetri dactylici apposuerat tanquam Sapphonis hoc:

ὦ τὸν Ἄδωνιν.

Finem faciam his quisquiliis, si unum addidero hoc, plerosque versus supra allatos citra spem certae emendationis depravatos videri, nisi ex minus corruptis libris iidem loci protrahantur. Docebo illustri aliquo exemplo. Atilius Fortunatianus p. 356. disserens de metro carminis Horatiani I, 4.

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni,

„Quarta quoque," ait, „dicolos ad exemplum Archilochi facta:

δοκετομοσ αλλοις απολλων.

Differunt primi hoc uno, quod in Graeco secundus spondeus, in Latino tertius est." Statim post ubi eadem verba Archilochia repetit, expressum est: *ουκ εθομε αλλοις απολλων.* Manum abstinuit Gaisfordius. Quis autem semel monitus dubitabit, quin Atilius usurpaverit particulam versus illius Archilochii a Metricis Graecis saepiuscule inculcati:

Οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα· κάρφεται γὰρ ἤδη?

Quis autem tam est lynceis oculis, ut, si forte non aliunde notus ille versus esset, quid rei ageretur, perviderit? Hinc discas, quam Criticis potissimum iterum iterumque occinendum sit Epicharmium illud:

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστῆν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

VI.

Confusarum Lectionum.

1. *Lucianus Nigrino* §. 38.

Lucianus eo dialogo quem Nigrinum inscripsit narrat se petisse urbem ut opera medici ad sanandum morbum oculi quo laborabat uteretur. Ibi Nigrinum salutat, philosophum Platonicum: cujus quidem sermonibus, qui erant de veris divitiis deque opibus despiciendis, adeo delenitur, ut oculi infirmitatis plane oblitus in illum unice intentus cupide auscultet. Quod πάθος cui exponit Lucianus familiaris repetere jubet ea quae audierit. Facile morem gerit Lucianus, qui occasioni avide inhiasset: Nigrini sermo replicatur. Sub finem narrationis §. 35. affirmat: οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἡμῶν ὁ λόγος καθίκετο, βαθεῖα δὲ καὶ καίριος ἡ πληγὴ ἐγένετο καὶ μάλα εὐστόχως ἐνεχθεὶς ὁ λόγος αὐτὴν, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, διέκοψε τὴν ψυχήν. In qua eadem imagine multum se jactat Lucianus estque ea universe veteribus valde familiaris, veluti Platoni Symposio p. 218, A. Τὴν καρδίαν ἢ ψυχὴν ἢ ὅ τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων. Et Lucianus quidem posthac sic disputat, ut aliorum tela philosophorum non inhaereant in scopo, h. e. in mente, sed percusso animo vulnus relinquant hiulcum: infirmiora aliorum tela ne attingere quidem scopum, sed ἐκλυθέντα καταπίπτειν πολλάκις ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ, vel si modo perveniant ad scopum, ἄκρον μὲν ἐπιλίγδην ἅπτεσθαι, βαθεῖαν δὲ οὐκ ἐργάζεσθαι πληγήν. Verum illum esse τοξότην, qui χρίσας τὸ βέλος οὔτε ἰῷ, καθάπερ τὰ Σκυθῶν χρίεται, οὔτε ὀπῷ, καθάπερ τὰ Κρητῶν, ἀλλ' ἠρέμα δηκτικῷ τε καὶ γλυκεῖ φαρμάκῳ τοῦτο χρίσας ἀτεχνῶς ἐτόξευσε· τὸ δὲ ἐνεχθὲν εὖ μάλα ἐντόνως καὶ διακόψαν ἄχρι τοῦ διελθεῖν μένει τε καὶ πολὺ τοῦ φαρμάκου

ἀφίησιν, ὃ δὴ σκιδνάμενον ὅλην ἐν κύκλῳ τὴν ψυχὴν περιέρχεται. Tum familiaris Luciani et ipse se plane captum dulcedine profitetur καὶ, ait §. 38., ἵνα δὴ καὶ κατὰ σὲ εἴπω, τέτρωμαι. Se enim tanquam a rabioso cane morsos furere. Jam sequuntur verba aegra et quae ne egregiis quidem illis opibus, quas in recensendo Luciano usurpavit Jacobitzius, pristinae sanitati vel restituuntur vel admoventur propius. Οὐκοῦν, quaerit Lucianus, 'καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐρᾷν ὁμολογεῖς;

Quem quidem in scopum multi et validi conjectores torserunt tela ingenii sui. Quibus exploratis nos et ipsi vibrare telum et, si possit fieri, scopum ferire periclitabimur. Nam ἐρᾷν illud licet libri attestentur omnes approbare recentiores critici non sustinuerunt. Praeter unum Brodaeum, qui idem quod μαίνεσθαι significare posse persuasit sibi: vereor ut aliis. Deposuit locum Tiberius Hemsterhusius. Fridericus Jacobsius primum ἰλιγγιᾷν, post ὀργᾷν scribendum divinavit: Carolus Morgensternius in Probabill. Critt. Expensis Dorpati MDCCCXXXIV. editis p. L. λημᾷν proposuit, ut lippire se fateretur familiaris et ipse. Verum lippitudinis imagini hic nullus locus est: quae caussa fuerat cur Lucianus in urbem iret. Nunc τετρῶσθαι se dixerat sodalis: ἰλιγγιῶντες autem et οἰστρῶντες et λημῶντες non sunt τετρωμένοι. Lippitudinis autem mentio eo magis videtur absona esse, quo magis illud mirum foret, si Lucianus referendo Nigrini sermone effecisse diceretur, ut lippiret sodalis. Lippitudinem enim Luciani sanaverant sermones Nigrini: sermones Nigrini Luciani pectori inflixerant grave vulnus: id secum communicatum dixit sodalis.

Lennepius denique ad Phalaridis Epistolas p. 36. οἰστρᾷν scribendum praecepit. Verum id quoque incongruum: nam non tam de *insania* sermonis veneribus effecta, quam de *sauciato* animo sermo est. Hinc mihi Frid. Jacobsius in Zimmermanni Diar. Philoll. 1835. nr. 59. in Morgensternii sententiam pronior videtur, quam par duxerim.

Eurytusne sim experiar. Scribendum reor: Οὐκοῦν καὶ αὐτὸς ἡμῖν καιρίαν ὁμολογεῖς; *Igitur tu quoque*, qui te τετρῶσθαι dicebas, *concedis te mecum letali vulnere percussum esse?* Jam expende responsum amici quam egregie concinat:

Πάνυ μὲν οὖν καὶ προςέτι δέομαί γέ σου κοινήν τινα τὴν θεραπείαν ἐπινοεῖν. Respondet Lucianus: *Τὸ τοῦ ἄρα Τηλέφου ἀνάγκη ποιεῖν;* Sodalis: *Ποῖον αὖ λέγεις;* Lucianus: *Ἐπὶ τὸν τρώσαντα ἐλθόντας ἰᾶσθαι παρακαλεῖν.* Quae ultima si qua alia impediunt maxime, quominus ab oculorum morbo imaginem ductam opinemur.

Ceterum quod supra Lucianus *καίριον πληγὴν* dixit, hic *καιρίαν* dixit, aperta caussa est. Vide, si opus est, exempla Valckenarii in Eurip. Phoeniss. 1440. Winckelmanni in Plut. Amator. p. 44. 205. Nec operosius vindicabo concisam et argutam emendationis meae breviloquentiam: postremo de facilitate mutationis iis dicere nihil attinet, qui $\overline{αι}$ et $\overline{ε}$ sexcenties locum mutasse meminerint. Abiit *HMIN KAIPIAN* in *HMINAIPAIN*.

2. *Lucianus Ver. Hist. II, 5.*

Proavus beati Munchusii narrat, se sociosque navigationis post varios casus appulisse ad Insulam Fortunatorum, quam poeta Samosatensis — poetam enim par est vocare, siquidem *πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί* — suavissima imagine adumbrat. Ibi §. 5. haec exhibet: *Καὶ μὴν καὶ βοὴ σύμμικτος ἠκούετο ἄθρους, οὐ θορυβώδης, ἀλλ' οἵα γένοιτ' ἂν ἐν συμποσίῳ, τῶν μὲν αὐλούντων, τῶν δὲ ἐπαινούντων, ἐνίων δὲ κροτούντων πρὸς αὐλὸν ἢ κιθάραν.* Qui morem convivantium recordetur, *ἐπαινούντων* loco cedere jubebit, reponetque nobiscum non invitus: *ἐπᾳδόντων* *).

---

*) Doleo in Somnio Lucianeo Jacobitzium immemorem fuisse egregiae emendationis, cujus ego parenti libens volensque has ambas meas filiolas cesserim, *χάλκεια χρυσείοις.* Ut Phil. Buttmannus olim Thierschii illum *πρωκτὸν* Aristophaneum redempturus erat. Illa quam dicebam correctio ut ad notitiam Luciani amicorum perveniat apponam. Lucianus enim adolescentulus ab avunculo male mulcatus aufugit: materculae narrat *τὴν σκυτάλην*, ostentans vulnera: *ἀγανακτησαμένης δὲ τῆς μητρὸς καὶ πολλὰ τῷ ἀδελφῷ λοιδορησαμένης, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθε κατέδαρθον*, ait Lucianus, *ἔτι ἔνδακρυς καὶ τὴν νύχθ' ὅλην ἐννοῶν.* Libri Jacobitzii A F medentur illi quidem elisioni ut in pedestri sermone pravae — *τὴν νύκτα ὅλην* enim habent —: at non removent reliquas difficultates. Verum repperit perspicaciter G. Steigertahl, Cellensis, *καὶ τὴν σκυτάλην ἐννοῶν*, cll. §. 14. Vide editionem ipsius Somnii editam *Cellis* 1829. p. 26.

3. *Tibullus I, 1, 25.*

Jam modo non possum contentus vivere parvo
Nec semper longae deditus esse viae.

Ut mittam priorum interpretum sententias, Dissenius noster audaciore conjectura loco multum tentato succurrebat:

Jam modico possum contentus vivere in arvo.

Quae emendatio nec cujusquam tulit assensum, nec videtur posse ferre. Nam quis unquam dixit *in modico arvo vivere* pro eo q. e. *in modico agello?* Accedit quod vix licebat dicere *contentus vivere* detracto objecto, velut *parvo, exiguo.* Post Dissenium Ferd. Handius in Tursellin. III. p. 645. acquievit in scriptura a parte librorum ministrata: *Jam modo nunc.* At nec eam multis placituram confido.

Mihi quid dederit poeta videntur non obscure indicare Excerpta Frisingensia, quibus paene solis debetur fides in ea quidem parte carminum Tibullianorum, in qua deficiebant membranae Cujacianae. Excerpta Frisingensia praebuerunt: *Jam modo jam.* Quum autem membra opposita doceant, opus esse notione *domi et in patria,* addiderim *securae vitae,* excerptorum monitui obtemperabimus oratione poetae in hanc speciem redintegrata:

Jam mihi, jam possum *contentus vivere parvo*
Nec semper longae deditus esse viae.

Qui triverunt membranas Latinas, quam nihil paene distent *modo* et *mihi* — $\overset{o}{m}$ et $\overset{i}{m}$ — usu cognoverunt. Proba autem est locutio *sibi vivere,* vide vel Horatii Epp. I, 18, 107. Senecae Epist. LV.

4. *Anytae Epigramma Anth. Pal. VII,* 215.

Anytae Epigramma venustissimum est *εἰς δελφῖνα ἐκβρασθέντα ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἐν χέρσῳ·*

Οὐκέτι δὴ πλωτοῖσιν ἀγαλλόμενος πελάγεσσιν
αὐχέν᾽ ἀναῤῥίψω βυσσόθεν ὀρνύμενος,
οὐδὲ παρ᾽ εὐσκάλμοιο νεὼς περικάλλεα χείλη
ποιφύσσω τἀμᾷ τερπόμενος προτομᾷ,
ἀλλά με πορφυρέα πόντου νοτὶς ὦσ᾽ ἐπὶ χερσόν,
κεῖμαι δὲ ῥαδινὰν τάνδε παρ᾽ ἠϊόνα.

Versu ultimo Jacobsius olim *ῥαντάν* volebat, nunc *ῥαδινάν* retinet, si id fuerit idem quod *τρυφεράν,* v. Scholl. Ap.

Rh. III, 106. Frustra. Brunckii perelegans conjectura κροκαλάν nimis recedit a vestigiis codicis Palatini. Quod autem attulit Brunckius Tullii Laureae Epigr. II. (Anth. Pal. VII, 294.)

Ἔβρασε δ' εἰς κροκαλὴν τάνδε παρ' αἰόνα,

in eo maximi sunt fluctus scripturae, v. Jacobsium. Ego scribendum arbitror lenissima mutatione:

Κεῖμαι δὲ ῥοθίαν τάνδε παρ' ἠϊόνα.

Quae vox quam sit rei praesenti apta non est quod explicem uberius.

5. *Vellejus Paterculus II,* 90.

Apud Vellejum II, 90. haec est scriptura Murbacensis libri multis variisque tentaminibus criticorum distorta: *Sepultis, ut praediximus, bellis civilibus, coalescentibusque rei publicae membris, et coram aliero, quae tam longa armorum series laceraverat.* Qui novissime edidit Vellejum I. Theoph. Kreyssigius Praef. p. XLIX. scribendum proposuit: *habita est cura alienorum.* At civilibus bellis reique publicae opponuntur res externae, non alienae. Nec curantur quae lacerata sunt, sed coeunt et coalescunt: aegra curantur. Ego confidenter rescribo: *coalescentibusque rei publicae membris, et ea coaluere, quae tam longa armorum series laceraverat.* Nam docent sequentia, loqui Vellejum de provinciis tum demum perdomitis: quae quasi membra imperii Romani tum demum coaluere cum corpore suo, a quo per diuturnorum bellorum tempestates distracta et lacerata fuerant. Vide sequentia: *Delmatia, [annos] viginti et ducentos rebellis,* ad certam confessionem pacata est imperii. *Alpes, feris incultisque nationibus celebres,* perdomitae. *Hispaniae, nunc ipsius praesentia, nunc Agrippae, quem usque in tertium consulatum, et mox collegium tribunitiae potestatis, amicitia principis evexerat,* multo varioque Marte pacatae. —

6. *Homeridae Εἰρεσιώνη v.* 11.

Carminis inter Homerica XV. hic est exitus:

Νεῦμαί τοι, νεῦμαι ἐνιαύσιος, ὥστε χελιδὼν
ἕστηκεν πρὸ θύρης, ψιλὴ πόδας· ἀλλὰ φέρ' αἶψα
πέρσαι τῷ Ἀπόλλωνι γυιάτιδος, καὶ
εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μή, οὐχ ἑστήξομεν,
οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν.

Servaverunt carmen pluribus locis corruptum auctor vitae Ho-

meri, qui Herodoti nomen mentitus est, et Suidas s. v. Ὅμηρος p. 1107. Bernhardy. Et in Vita quidem verba ἀλλὰ φέρ' αἶψα usque ad γυιάτιδος plane desiderantur. Apud Suidam sic editur:

ʼΑλλὰ φέρ' αἶψα
πέρσαι τῷ ʼΑπόλλωνος γυιάτιδος ....

Καί,

Εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μή; οὐχ ἑστήξομεν·
οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν.

Vulgata tamen est τῶν ʼΑπόλλωνι γυιάτιδος, a qua non multum recedit scriptura codicum A B C E: τῷ ʼΑπόλλωνος γυάτιδος (E γυιάτιδος). Suboluit editoribus, Apollinis Vicini mentionem factam esse. Sic Suidae interpres Latinus non tam verba transferens, quam sententiae vim et intellectum sectatus dedit: *Age vero, fer cito, reveritus Apollinem Agyiatidem.* In eandem sententiam Frid. Frankius: „Si divinare licet, quid poeta corruptissimo hoc versu dixerit, mendicantes pueri divitem illum hominem *per Apollinem viarum praesidem* obtestati videntur, ut sibi dona ferret." Mihi paullo aliter res adornata fuisse videtur. Nam pueros non obtestatos per Apollinem Vicinum puto, sed ut Apollini Vicino — et, si recte conjicio, Mercurio — dona ferret dominus. Sic enim verba restituo:

ʼΑλλὰ φέρ' αἶψα
Ἑρμῇ τε κἀπόλλωνι τῷ 'γυιεῖ τι δός·
κεἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μή, οὐχ ἑστήξομεν·
οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν.

Transit poeta suaviter in iambos, ubi pueros mendicare facit. Similiter in Rhodiorum Chelidonismate factum deprehendimus. Mercurium autem junxit cum Apolline Vicino ut Μύχιον, Πλουτοδότην, cujus et ipsius statuae in vestibulo solebant aedium collocari. Quanquam εἰρεσιώνη Apollini sacra. Ceterum quam non recte Ilgenius versum septimum transponi jusserit post verba ἀλλὰ φέρ' αἶψα, jam sponte patet.

7. *Epigramma in Herodotum.*

Epigramma in Herodotum apud Stephanum Byz. s. v. Θούριοι et Scholiastam Aristophanis Nubb. 335. Godofredus Hermannus ad Scholl. illa p. 265. sic constituit:

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν,
Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν ἄρ' ἄπλητον
μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην.

Eodem modo scriptum rettulit Jacobsius in Appendicem Epigrammatum Anth. Palat. II. p. 824. nro. 212. Residet naevus, quem duce Tzetza eluam. Qui in Crameri Ann. Oxx. III. p. 350, 13. haec scripsit: Ἐπείσθην ὡς Ξύλου δεῖ γράφειν, ἐντυχὼν τούτῳ τῷ ἐπιγράμματι, οὗ Ζήνων ἐν .. τετάρτῃ τῶν εὐθυνῶν μνημονεύει· Ἡρόδοτον Ξύλεω κτλ. Primum Tzetza Joach. Camerarii emendationem ἱστορίης pro eo quod etiam Westermannus in Stephano suo reliquit ἱστορικῆς confirmat: tum, quod grato animo accipimus, versu tertio ἄτλητον offert. Quod vulgato longe praestabilius esse patet. Reliquae discrepantiae immemorabiles.

8. *Callimachi fragm. CCCCLVI.*

Considerantibus qua se levitate veteres Grammatici in citandis aliorum scriptorum verbis saepe gesserint, multa citra spem certae restitutionis corrupta omnem paene respuere emendandi conatum videbuntur. Id tum maxime perspicitur quam vere dictum sit, quum plures scriptores eundem locum apponunt. Quod quidem haud raro emendaturis praeclarum est adminiculum. Demonstrabo in fragmento quodam Callimachi, quod hoc est:

Τὸ πῦρ ὅπερ ἀνέκαυσας, πολλὴν πρόσω κέχρηκε
Φλόγα· ἴσχε δὲ δρόμον μαργῶντος ἵππου.

Adscribam quae Hemsterhusius (fr. CCCCLVI.) commentatus est: „Tryphon περὶ τρόπων ποιητικῶν MS in Bibl. Leidensi: Ἀλληγορία ἐστὶ φράσις ἕτερον μέν τι δηλοῦσα, ἑτέρου δὲ ἔννοιαν παριστῶσα· τότε δὲ καταχρῶνται δεόντως τῇ ἀλληγορίᾳ, ὅταν ἢ δι' εὐλάβειαν ἢ δι' αἰσχύνην οὐ δύνανται (sic) φανερῶς ἀπαγγεῖλαι, ὃν τρόπον παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν Ἰάμβοις· Τὸ πῦρ κτλ. Ταῦτα γὰρ οὐ κυρίως εἴρηται· οὐ πυρὸς οὐδὲ ἱπποδρομίας ἐστὶ λόγος· ἀλλ' ὥσπερ αἰδούμενος ἐκδηλοῦν ἤλεγξε τὴν ὑπερβολὴν τῆς θρασύτητος. Priora si scribas, Τὸ πῦρ ὅπερ ἀνέκαυσας, ἐς πολλὴν πρόσω, iambus existet tolerabilis: quod sequitur κέχρηκε non expedio: sensus videtur fuisse: *Ignis, quem succen-*

disti, in multam porro flammam erupit. Hic sine dubio Callimacheum aliquid recisum, quod Tryphon ad allegoriae rationem explicandam minus facere censeret; deinde sequebatur: — *ἴσχε δὴ δρόμον Μαργῶντος ἵππου* — *retine*, vel, *compesce cursum furentis equi:* cujuscunque *τὴν ὑπερβολὴν τῆς θρασύτητος* allegorice designari indicat Tryphon. Haud ignotum est, quam saepe Veterum in testimoniis adferendis Grammatici mutilata proponant."

Haec in universum aestimanti ita disputata sunt, ut felicitatem ingenii Hemsterhusiani admirere. Quanquam hodie ulterius licet progredi. Novimus enim plurium testimonia auctorum, quos deinceps lustrabimus ita, ut a minus religiosis paullatim adscendamus ad eos, quorum summa est in Callimachi versibus afferendis fides et integritas.

Primum codicem Leidensem exhibere *προσακέχρηκε* et *μαργοῦντος* ad Ernestium scripsit Valckenarius Epp. ad Ernest. p. 45. Tryphonis libellum ex aliis codicibus vulgavit Boissonadius Ann. Grr. III. p. 271. Ubi rectius *δύνωνται* editur: in verbis *μαγοῦντος ἵππου* convenit codicibus Parisinis A B cum Leidensi: sed illi *πρόσω κέχρηκε* habent. Praeter Boissonadium eundem libellum excerpsit Cramerus in Museo Philol. Cantabrig. II. p. 433. Verba ibi Callimachi paullo alia specie prostant hac: *Τὸ πῦρ ὅπερ ἐνέκαυσας, πολλὴν πρόσω κέχρηκε φλόγα· ἴσχε δὲ δρόμον μαργοῦντας ἵππους.* In fine verborum Tryphonis, quibus sententiam versuum Callimachiorum circumscripsit, pro Leidensis scriptura *ἐκδηλοῦν ἤλεγξε* Baroccianus habet: *ἐκδήλως ἤλλαξε.* Idem in superioribus recte *δύνωνται* monstrat.

Paullo copiosiora plurium verborum accessu ostendit Callimachea codex Parisinus alter Gregorii Corinthii quem vocavit Walzius — opusculum enim non discrepat ab eo, quod Boissonadius Tryphonis nomine edidit — *περὶ τρόπων* apud Walzium Rhett. Grr. VIII. p. 764. *Παραλαμβάνεται ἀλληγορία — δι' εὐλάβειαν. Καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ· Τὸ πῦρ δέ τ' ἀνέκαυσας, νύσσῃ δίφρου ἄξωσιν. ἐκ δὲ κύβαχος κυβιστήσῃς. Ταῦτα οὐ κυρίως εἴρηται· οὔτε γὰρ περὶ πυρός, οὔτε περὶ ἱπποδρόμου ὁ λόγος, ἀλλ' ὥσπερ αἰδούμενος ἐκδήλως εἰπεῖν ὃ ἐβούλετο, ἐχρήσατο τῇ ἀλληγορίᾳ.*

Absque alio teste esset, vel sic nemo profecto Callimachi manum restituere posset. Quod ut possimus debetur Choerobosco, cujus tractatum *περὶ ποιητικῶν τρόπων* edidit Cramerus Ann. Oxx. IV. p. 399, 25. *Δι' εὐλάβειαν δέ, ὡς καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ·*

Τὸ πῦρ δέ τ' ἀνέκαυσας ἔρος οὖ (h. e. *πρόσω*)
πολλῇ κεχρώρηκε φλογί.

Καὶ πάλιν·

Ἴσχε δὲ δρόμου μαργῶντας ἵππους·
μὴ δευτέραν κάμψῃς, μήτι παρὰ νύσσῃ
δίφρον ἄξωσιν, ἐκ δὲ κύμβαχος κυβιστῇς.

Ταῦτα οὐ κυρίως εἴρηται· οὔτε γὰρ περὶ πυρὸς οὔτε ἱπποδρομίας ὁ λόγος αὐτῷ, ἀλλ' ὥσπερ αἰδούμενος εἰπεῖν ὃ ἐβούλετο, τῇ ἀλληγορίᾳ ἐχρήσατο.

Omnes ex uno fonte hauserunt, sed ut alii guttatim biberint, largiore alii haustu. Prior igitur locus collatis inter se testimoniis diversis in hanc formam redintegrandus est:

Τὸ πῦρ δ' ὅπερ ἀνέκαυσας, ἐς πολλὴν φλόγα
πρόσω κεχώρηκ'.

Alter autem locus praeclarus exturbata glossa *παρὰ νύσσῃ* hanc speciem recuperabit pristinam:

Ἴσχε δὲ δρόμου
μαργῶντας ἵππους μηδὲ κάμψῃς δευτέραν·
μὴ δίφρον ἄξωσ', ἐκ δὲ κυβιστῇς κύμβαχος.

Ultimo versu non sine caussa poeta quarto pedi anapaestum largitus est. Quo recepto tantum abest ut versus deformetur, ut pulcherrime aequetur vel sono verborum res verbis subjecta.

Revocant haec fata versuum Callimachiorum in mentem alterum poetae Graeci locum miram sortem expertum. Is delitescit apud

9. *Libanium Epist. CXLIII.*

Εἰ καὶ, ait Libanius, *ἡμῶν ἦρχες, ταῦτ' ἂν ὠδύρου·*

Ἀπόλοιο δῆτ' ὦ πόλεμε, πολλῶν οὕνεκα,
ὃς τοὺς Καλλίας ὀξέως Ἴρους ποιεῖς.

C. F. Wolfius: „Cujus hi versus sint, hactenus frustra quaero." Sunt versus Aristophanis Nubb. 6. 7.

Ἀπόλοιο δῆτ', ὦ πόλεμε, πολλῶν οὕνεκα,
ὅτ' οὐδὲ κολάσαι 'ξεστί μοι τοὺς οἰκέτας.

Alterius versus elumbes numeros erit qui Libanium ipsum per jocum procudisse opinetur. Ego aliter censeo, quum reputo, quibus gradibus lepida ista scriptura in illum contextus honorem evecta sit. Nec Libanium puto *ὀξέως*, sed *ὠκέως* scripturum fuisse.

Primum enim *Καλλίας* ortum ex *κολάσαι* in codice Ambros. T. 231. est *καλλίους*. Zambicarii translatio aliquid certe ex *servis* retinuit, qui in vulgari ista forma versus nulli jam sunt. Vertit enim: „Sed quanquam nobis imperas, hujusmodi tamen commoveri debes, pro claris autem multorum gratia, quod quidem sacras domos facis." Localiter profecto: sed nihildum de *ὀξέως Ἴρους ποιεῖς*, sed — *οἴκους ἱεροὺς ποιεῖς*. Ut *οἴκους* certe remansisse ex v. *οἰκέτας* pateat. Fateor, incompertum habeo, quae tandem ursa hunc catellum enixa sit: perbellum vero foetum, qui vel ei qui sagacissimus fuit in odorandis eluendisque veterum scriptorum maculis Davidi Ruhnkenio ne minimam quidem *νοθείας* suspicionem injecit, Ep. Crit. II. p. 38.: „*Irus* pro quovis mendico dicitur, ut *Callias* pro quovis divite. Vide Libanium Oper. Tom. II. p. 295, B. et *Epist.* 144." Idem recordatum esse oportet quisquis Aristophanis*) versum interpolavit pulchella sane scriptura: nec incredibile est, ob oculos habuisse priorem illum locum Libanii, in quo est: *ὁ γὰρ ἥκων Ἶρος ἐν βραχεῖ χρόνῳ Καλλίας*. Sic etiam in Anth. Pal. VII, 676. exstat Epigramma in Epictetum:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρός
καὶ πενίην Ἶρος καὶ φίλος ἀθανάτοις.

10. *Plato Protagora p.* 344, *E.*

Σὺ δὲ φῄς, Platonis sunt verba, *ὦ Πιττακέ, χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι· τὸ δ' ἐστὶ γενέσθαι μὲν χαλεπόν, δυνατὸν δὲ ἐσθλόν· ἔμμεναι δὲ ἀδύνατον.*

Sic editur ex codd. Bodl. Vind. Coisl. Reliqui: *δυνα-*

---

*) Per hanc opportunitatem corrigam Schol. Ven. Aristoph. Pac. 527. *Ἐσχημάτικη* (l. *ἐσχημάτισται*) *δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ βλέπω βλεπτός* (l. *βλέπος*) *καὶ Ἀττικῶς βλέπος, καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ ῥέω ῥέος.* Scribe *Ἀττικὸν βλέπος*, quae verba sunt Nubb. 1177. Eundem versum spectat Pollux II, 75., v. Dindorf. Fragmm. Aristoph. 759.

τὸν δέ· ἐσθλὸν δ' ἔμμεναι ἀδύνατον. Igitur scripsit Plato: τὸ δ' ἐστὶ γενέσθαι μὲν χαλεπόν, δυνατὸν δέ· ἔμμεναι δὲ ἀδύνατον.

11. *Aeschylus Agam.* 1643.

Clytaemnestra ad Chorum senum, qui cum Aegistho acerrime expostulant:

Στείχετ' ἤδη δ' οἱ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους,
πρὶν παθεῖν· ἔρξαντα καιρὸν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.

Ut mittam conjecturas aliorum nuper Emperius meus proponebat: πρὶν παθεῖν ἢ 'ρξαι τι καινόν. Mihi in mentem venit:

Πρὶν παθεῖν ἔρξαντας αἰνά· χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.

h. e. *priusquam dira perpetretis et patiamini dira.* Codex Florent. ἔρξαντες. Ceterum Klausenius haec quoque interpretatus est.

12. *Aeschylus Supplic.* 395.

Rex Argivorum:

Οὐκ εὔκριτον τὸ κρῖμα· μή μ' αἱροῦ κριτήν·
εἶπον δὲ καὶ πρίν, οὐκ ἄνευ δήμου τάδε
πράξαιμ' ἄν, οὐδέπερ κρατῶν· καὶ μήποτε
εἴπῃ λεώς, εἴ που τι μὴ τοῖον τύχῃ,
ἐπήλυδας τιμῶν ἀπώλεσας πόλιν.

Wellauerus: „Sensus est: *si quid aliter*, i. e. *infeliciter accidat.*" Probarem, si verba μὴ τοῖον paterentur. Nunc conjicio scribendum esse: εἴ πού τι μὴ λῷον τύχῃ.

13. *Sophocles Philoctet.* 187.

Ἁ δ' ἀθυρόστομος
ἀχὼ τηλεφανὴς πικρᾶς
οἰμωγᾶς ὑπόκειται.

Multum torsit interpretes vocis ὑπόκειται vel explicatio vel correctio. Brunckii ὑπακούει confutavit Hermannus, Hermanni ὑπ' ὀχεῖται, licet ingeniose excogitatum, ferri vix posse Wunderi ostendit prudens disputatio. Libri non discrepant. Nisi quod codex Florentinus Γ apud Guil. Dindorfium ὕποκεῖται pravo accentus positu exhibet. Promam quod olim in mentem venit et ne nunc quidem displicet:

Ἁ δ' ἀθυρόστομος

ἀχὼ τηλεφανὴς πικρὰς
οἰμωγὰς ὑποκλαίει.

Echo succinit maestos Philoctetae gemitus. Recte Scholiasta: Ὁ δὲ νοῦς· ἀεὶ δὴ ὀδυρομένου αὐτοῦ ἠχὼ πρὸς τὸν ὀδυρμὸν ἀντιφθέγγεται. Ita identidem adumbratur calamitas Poeantidae, ut in deserta ab hominibus insula una Echo in gemituum ipsius societatem venire dicatur. Sic versu 691 sqq.

Ἵν' αὐτὸς ἦν πρόςουρος, οὐκ ἔχων βάσιν
οὐδέ τιν' ἐγχώρων, κακογείτονα
παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν αἱματηρόν.

Quo loco moneo κακογείτονα mihi videri στόνον dici *gemitum ipsi Philoctetae male vicinum*, ut fere Aeschylus μερίμνας dixit γείτονας καρδίας, quam suavem imaginem ne a medii quidem aevi poetis nostratibus alienam esse memini mihi cum gaudio narrare Jacobum illum Grimmium, rerum Germanarum ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα. Eoque acerbius sonat dictum Sophocleum, quia στόνος quum κακογείτων dicitur, alterum vicinum non esse misero Philoctetae indicatur. Adde denique versum 1444 sqq.

Πολλὰ δὲ φωνῆς τῆς ἡμετέρας
Ἕρμαιον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ
στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένῳ.

14. *Ejusdem Fabulae v. 710 sqq.*

Chorus adumbrata Philoctetae miseria:

Νῦν δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν παιδὸς ὑπαντήσας
εὐδαίμων ἀνύσει καὶ μέγας ἐκ κείνων·
ὅς νιν ποντοπόρῳ δούρατι, πλήθει
πολλῶν μηνῶν,
πατρῴαν ἄγει πρὸς αὐλὰν
Μηλιάδων Νυμφᾶν,
Σπερχειοῦ τε παρ' ὄχθαις, ἵν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ θεοῖς
πλάθει πάλαι
θείῳ πυρὶ παμφαής,
Οἴτας ὑπὲρ ὄχθων.

Libri πλάθει πᾶσι vel πᾶσιν. Quod quum et frigidum esse nec strophae numeris respondere viderent interpretes, varie verba immutarunt. Hermannus πάλαι scripsit.

Quod tamen ipsum adeo mihi languere videtur, ut a poeta profectum esse non putem. Herculem in coetum Deorum incessu eo qualis heroem decet ingredientem nanciscemur, si mecum refinxeris:

πλάθει βάσιν.

Vel, si πλάθει sensu intransitivo acceperis, quod minus placet

πλάθει ποσίν.

15. *Sophoclis Oedip. Colon. v.* 147 *sqq.*

Ἒ ἔ,
ἀλαῶν ὀμμάτων
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος, δυςαίων
μακραίων τ' ἔτ', ἐπεικάσαι;

Sic fere leguntur haec in recentioribus exemplaribus. Hermannus autem, qui sentiret ineptum esse et ἔτι illud et ἐπεικάσαι, quum chorus, nisi ipse quoque caecus sit, videat senem esse Oedipum, ut absonum sit, id eum conjectando secum disceptare, aliter scripsisse poetam demonstravit. Quod vulgatum a poeta scribi non potuisse censet, assentior: in emendando loco ducem desero. Nam quod μακραίων *diuturnum* significare retur, ut Ajac. 194. μακραίωνι σχολᾷ, id mihi non patiar persuaderi. Perit enim acumen, quod in juxta positis vv. δυςαίων et μακραίων quaesivisse poetam in confessis est. Jam δυςαίων quum sit *qui misere vivit*, μακραίωνα interpretabimur eum *qui diu vivit.* Hinc consectarium est ut rejiciamus quod Hermannus erudite scripsit: μακραίων γ' ὄτ', quod sane intellectu difficilius explanavit annotatione in Ajacem v. 789. Hunc autem loci intellectum esse vult: *Num vero luminibus natura orbus es, qui quidem, ut conjici licet, diu est ex quo hanc miseram vitam degis?* Haec quoque interrogatio habet mirum quid, si recte sentio, et languescens. Libri fere cum Aldo μακραίων τέ θ', ὡς ἐπεικάσαι, nisi quod in Vat. τε deest et duo alii libri cum Turnebo τ' ἔθ' monstrant. Nihil opis fert Laurentiani A glossa: Λείπει τὸ εἶ, quod olim scriptum fuisse suspicatur Elmslejus: λείπει τὸ ὡς. Tu vide an tibi se probet hoc:

δυςαίων
μακραίων, τό γ' ἐπεικάσαι,

h. e. *qui misere vivit* — ponit enim chorus Oedipum caecum natum esse: verba enim ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος exclama-

tioni propiora quam justae interrogationi. Nec responsum exspectant; et silet Oedipus — *diu vivit, quantum quidem probabiliter conjicere licet.* Sententiam generalem, ut puto, interponit chorus et in antiquitate et nostra aetate late propagatam: Orcum rapere citius eos, qui opulenti et beati vivant; parcere iis si qui miseriis conflictentur. *Ὃν γὰρ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.* Ut Mars fortissimum quemque prosternit, imbelles non curat. In ejusmodi sententiis quanto studio et recentiores et veteres similem verborum sonum captent, arguunt multa proverbialiter dicta, veluti, unum ut apponam vulgatissimum: *Πάθος μάθος.* Ad verba *τό γ' ἐπεικάσαι* confer Oed. Reg. 82. *ἀλλ' εἰκάσαι μὲν ἡδύς.*

16. *Panyasis Clementis.*

Panyasis in primo libro Heracleae Herculem poculo Solis a Nereo impetrato ad Erythiam navigasse fecerat. Cum hac narratione composuit celebrem locum Clementis F r a n c. P h i l. F u n c k i u s, qui Panyasidis Fragmenta Bonnae 1837. diligenter edidit et ut Welckeri Naekiique discipulum decebat. Locus Clementis exstat in Protrept. p. 31. Potter. *Πολέμων* (fr. XXIV. p. 52. Preller.) *καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει· καὶ μὴν καὶ τὸν Ἀΐδωνέα ὑπὸ Ἡρακλέους τοξευθῆναι Ὅμηρος λέγει* (Il. *N*, 395 sqq.) *κ α ὶ τ ὸ ν Ἠ λ ε ῖ ο ν Α ὐ γ έ α ν Π α ν ύ α σ ι ς ἱ σ τ ο ρ ε ῖ.*

Clemens igitur id agit, ut exagitet gentiles, qui vel deos suos vulnerabiles finxerint. Funckio p. 26. haud dubie *Ἥλιος* in verbis Clementis latere videbatur: Potterus suspicabatur *τὰς Ἡλίου αὐγάς*, Heynius *τὸν Ἥλιον αὐτόν*, quod amplectitur Muellerus Dorr. I. p. 424, not., qui Herculem a Nereo tum demum accepisse poculum Solis statuit, quum tela in Solem ipsum jecisset.

Omnes opinor calidius. Codicem Novi Collegii *καὶ τὸν ἡ λ ί ο υ Αὐγέαν* exhibere neglexerunt. *Ἠλεῖος* est interpolatio. Panyasis Soli ministrum quendam eundemque filium affinxerat: audi Scholia Parisina IV. p. 107. Klotz. *Δαίμων τις οὗτος Ἠλεῖος Αὐγέας, ἐναντίος τῷ Πλούτωνι, ὃν καὶ τοξευόμενον ὑπὸ Ἡρακλέους Πανύασσις εἰςάγει.* Nemo, opinor, tanquam *αὐτοσχεδίασμα* hanc narrationem Scholiastae explodet. Optime dicit, Augeam contrarium esse Plutoni. Filium

Solis Tenebrioni. Nam vix credo verba *ἐναντίος τῷ Πλούτωνι* ex prioribus Clementis verbis licentius petita esse.

Apparet, scribendum esse vel *τὸν Ἡλίου Αὐγέαν* vel *τὸν Ἡλεῖον Αὐγέαν*. Ut Augeam Panyasis tanquam *ταμίαν* quendam poculi Solis finxisse videatur. Qui quidem Augeas indolem patris optime refert vel nomine: ut qui ab *αὐγαῖς ἡλίου* nomen acceperit. Nec hic Solis filius et minister a rege Elidensi diversus fuerit. Namque is quoque filius Solis erat, Apollod. II, 5, 4. ibique Heynii notae. Cum eo rege plura certamina iniit Hercules. Poetis Epicis deberi videtur, ut Augeas ille filius Solis deposita paullatim divinitate in regem Elidis deprimeretur, *Ἡλεῖος* ad *Ἠλεῖον*. Pausanias V, 1, 7. *Ἠλείου ἦν Αὐγέας· οἱ δὲ ἀποσεμνύνοντες τὰ εἰς αὐτὸν παρατρέψαντες τοῦ Ἠλείου τὸ ὄνομα Ἡλίου φασὶν Αὐγέαν παῖδα εἶναι.* Ego rem inverterim. Et Panyasis quidem videtur pristinam formam fabulae ita retinuisse, ut Augeas daemon magis quidam quam mortalis rex esset. Nec in Elidensi rege vestigia pristinae naturae plane evanuere: velut Scholia Apollonii Rhod. I, 172. referunt: *Οὗτος λόγῳ μὲν ἦν Ἡλίου· — ἐδόκουν δὲ ἀκτῖνες ἀπολάμπειν αὐτοῦ τῶν ὀφθαλμῶν.* Eundem esse igitur *τὸν Ἡλεῖον Αὐγέαν* Panyasidis et regem *Ἠλεῖον* vel id coarguit, quod Hercules cum Augea Elidensi saepius congressus est, idemque ex mente Panyasidis telis suis adortus est Heliacum Augeam. Ceterum quum Nereus Herculi poculum cessisse dicatur, Panyasis rem ita exornasse videtur, ut vulnerato ab Hercule Augea deus marinus intercederet et poculum a Sole expetitum pacisceretur. —

Alter Panyasis est locus non immemorabilis, qui industriam Bonnensis editoris fugit. Probus in Virgilii Eclog. II, 24. *Amphionem et Zethum Euripides et apud nos Pacuvius Jovis ex Antiopa, Nyctei filia, ait natos cantando coluisse armenta vocare. Testantur id Thebae, quas Apollonius in Argonauticis a fratribus antedictis muro esse clausas ait. Sed Zethus humeris contulit saxa operi, Amphion cantu vocavit, siquidem sensus animalium facilius quam saxa vincuntur. Panyasis et Alexander* (Aetolus, opinor, in Apolline) *lyram a Mercurio muneri datam dicit, quod primus Cynaram liberaverit.*

Amphionem a Mercurio accepisse lyram alii contestantur:

99. anal. alex. p. 251.

Apollod. III, 5, 5. Ζῆθος μὲν ἐπεμελεῖτο βουφορβίων, Ἀμφίων δὲ κιθαρῳδίαν ἤσκει δόντος αὐτῷ λύραν Ἑρμοῦ. Uberiora Pausanias IX, 5, 4. Δόξαν ἔσχεν Ἀμφίων ἐπὶ μουσικῇ, τήν τε ἁρμονίαν τὴν Λυδῶν κατὰ κῆδος τὸ Ταντάλου παρ᾽ αὐτῶν μαθών, καὶ χορδάς, ἐπὶ τέσσαρσι ταῖς πρότερον, τρεῖς ἀνευρών. Ὁ δὲ τὰ ἔπη τὰ ἐς Εὐρώπην ποιήσας φησίν, Ἀμφίονα χρήσασθαι λύρᾳ πρῶτον Ἑρμοῦ διδάξαντος· πεποίηκε δὲ καὶ λίθων καὶ θηρίων ὅτι καὶ ταῦτα ᾄδων ἦγε. Μύρων δὲ Βυζάντιος ποιήσας ἔπη καὶ ἐλεγεῖα, Ἑρμῇ βωμόν φησιν ἱδρύσασθαι πρῶτον Ἀμφίονα καὶ ἐπὶ τούτῳ λύραν παρ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν. Aliam caussam muneris Mercurialis excogitaverat Panyasis: quod primus Amphion Cynaram liberasset. Nescio quid hoc fabulae sit. A Dirca, Lyci uxore, servasse feruntur matrem Zethus et Amphion: qui quum in eo essent ut ipsum Lycum trucidarent Ἑρμῆς ἐκώλυσε, τῷ Λύκῳ δὲ προςέταξε παραχωρῆσαι τῆς βασιλείας αὐτοῖς Scholia Apoll. Rhod. IV, 1090. Hygin. fab. 8. De Cynara nihil memoriae proditum novi. Et liberavit sane primus (vel prior potius) Amphion, mansuetioris indolis filius. Propert. III, 13, 29.

Et durum Zethum et lacrumis Amphiona mollem
Experta est stabulis mater abacta suis.

At *Cynaram* vocatam esse a Panyaside Alexandroque quae reliquis omnibus *Antiopa* est, vix crediderim. Unum quaeram. An forte quod *liberandi* verbum ex Panyasidis narratione duxit Probus, arguit, Panyasidem τὴν λύραν a Mercurio acceptam dictam narrasse ab eo q. e. λύσασθαι? Vide quae dixi in Eustathii Pindarica p. 26. Euripides certe in Antiopa illud veriloquium exhibuerat, v. supra p. 107. Nisi quod rem aliter exornavit.

17. *Sophoclis Antigon. v.* 71.

Antigona tergiversanti Ismenae:

Οὔτ᾽ ἂν κελεύσαιμ᾽ οὔτ᾽ ἂν εἰ θέλοις ἔτι
πράσσειν, ἐμοῦ γ᾽ ἂν ἡδέως δρῴης μέτα·
ἀλλ᾽ ἴσθ᾽ ὁποίᾳ σοι δοκεῖ· κεῖνον δ᾽ ἐγὼ
θάψω· καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν.

Libri paene omnes ἀλλ᾽ ἴσθ᾽ ὁποῖα σ. δ., ut ἴσθι ab οἶδα

repetiisse grammatici videantur. Alteram scripturam ὁποῖα explicant Scholiastae, sed ut inter utramque scripturam ancipites fluctuasse patescat: Γίγνωσκε ὁποῖα σὺ θέλεις, τὸ πείθεσθαι τοῖς τυράννοις· ἢ τοιαύτη γενοῦ ὁποῖα καὶ βούλει. Alterum Hermannus suscepit, nisi quod ὁποίᾳ dedit; quod non necessarium videtur. Mihi vetustorum librorum ὁποῖα intuenti subnata suspicio est, a poeta esse:

ἀλλ' ἴσχ' ὁποῖα σοὶ δοκεῖ,

tu tua tene, qualiacunque tibi placent, persiste in sententia tua, qua superiorum jussis obsecundandum opinaris. Sic v. 76.

σοὶ δ' εἰ δοκεῖ,
τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσας ἔχε.

18. *Ejusdem fabulae v.* 262.

Εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὑξειργασμένος
κοὐδεὶς ἐναργής, ἀλλ' ἔφυγε τῷ μὴ εἰδέναι.

Libri ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι. At sic versus perit. Quidam ἔφυγε scripserunt: at imperfectum desideratur. Alii ἔφευγε μὴ εἰδέναι comprobaverunt: at cum damno, si recte sentio, sermonis, qui vix patitur abesse articulum juxta verbum φεύγειν. Quod nuper Hermannus commendavit: ἀλλ' ἔφλεγε τὸ μὴ εἰδέναι, non facile laudatores reperiet. Tentavi:

ἀλλ' ἔφασκε μὴ εἰδέναι,

sed quivis contendebat, se nescire.

19. *Electrae v.* 680.

Paedagogus ludos Pythicos describens, quibus misere perisse Orestem simulat, momenta rerum in brevius cogens ait:

Χὤπως μὲν ἐν πολλοῖσι παῦρά σοι λέγω
οὐκ οἶδα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἔργα καὶ κράτη·
ἓν δ' ἴσθ'· ὅσον γὰρ εἰςεκήρυξαν βραβῆς
δρόμων, διαύλων, πεντάεθλ' ἃ νομίζεται,
τούτων ἐνεγκὼν πάντα τἀπινίκια
ὠλβίζετο κτλ.

Versus refractarius et qui multum negotii facessiverit criticis. Conspirant libri in ea scriptura, quam supra expressam nunc retinuit Hermannus. Nec Suidae exemplaria dissident, nisi quod πένταθλ' praestant. Correctiones propositae tres sunt, ab Hermanno et Porsono. Aut:

δρόμων, διαύλων πέντε θ' ὧν νομίζεται.

Aut:

δρόμων, διαύλων ἆθλ' ἅπερ νομίζεται.

Aut denique:

δρόμων, διαύλων πεντάδ' ἣ νομίζεται.

Vulgata quot haberet dubitationes ex parte indicavit Hermannus; et a constructione, et a minus Attica forma πεντάεθλα, et ab inelegantiore versus numero. Quas difficultates utut elevare studuit Hermannus, usque nova recurrunt quae te morentur obstacula. Primum enim quis unquam πένταθλα vel πεντάεθλα dixit pro vulgari πένταθλον? Nemo, credo; ut nec Latinis quinquertia, sed quinquertium est in usu. Deinde, idque mihi summi videtur momenti esse, si quinquertii hic facta mentio esset, non δρόμον et δίαυλον solum poterat poeta nominare, debebat

ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Vel, ut est in Scholiis Plat. p. 384. Bekker.

Πάλην, σίγυννον, ἅλμα, δίσκον καὶ δρόμον.

Ut dicam quod sentio, omnis iste versus non versus reddendus est Grammatico, qui accuratius quam pro re nata certaminum genera ingerere gestiret. Nunc dempto illo oratio leniter fluit:

"Οσων γὰρ εἰςεκήρυξαν βραβῆς,
τούτων ἐνεγκὼν πάντα τἀπιτίμια
ὠλβίζετο.

Accuratior enim certaminum memoria non desideratur. Nam v. 674. statim admonemur verbis: δρόμου οὗ πρώτη κρίσις —, qualia reliqua fuerint certamina, pentathlum. Opponitur vers. 688 sq.

Κεῖνος γὰρ ἄλλης ἡμέρας ὅθ' ἱππικῶν
ἦν ἡλίου τέλλοντος ὠκύπους ἀγὼν κτλ.

20. *Sophoclis Oedip. Reg. v.* 488 *sq.*

Πέτομαι δ' ἐλπίσιν οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν οὔτ' ὀπίσω·
τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις
ἢ τῷ Πολύβου νεῖκος ἔκειτ' οὔτε πάροιθέν ποτ' ἔγωγ'
οὔτε τανῦν πω
ἔμαθον, πρὸς ὅτου δὴ * * * βασάνῳ
ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον φάτιν εἶμ' Οἰδιπόδα

Λαβδακίδαις ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων.

Brunckius ut versum 492. strophico exaequaret χρησάμενος δὴ βασάνῳ ex Scholiis eruere sibi videbatur tanquam Sophoclea. Refutavit Hermannus, qui ante βασάνῳ signa lacunae posuit, post βασάνῳ Elmslejus. Neuius lacunae explendae proposuit: πρὸς ὅτου δὴ σὺν ἀληθεῖ βασάνῳ. Poterat paullo usui accommodatius:

πρὸς ὅτου δὴ βασάνῳ σὺν φανερᾷ.

Sic praeter alios Chilo Delect. Poett. Melic. p. 261.

Ἐν λιθίναις ἀκόναις
ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται διδοὺς βάσανον φανεράν.

21. *Euripidis Medeae v.* 856 *sqq.*

Πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ
χειρὶ τέκνων σέθεν
καρδίᾳ τε λήψει,
δεινὰν προςάγουσα τόλμαν;

Quot editores, tot sententiae: quarum recensum non agam. Simpliciter meam liceat addere conjecturam facillimam et qua locus videatur certo expediri posse:

Πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ
χειρὶ τέκνων σέθεν
καρδίαισι λήψει,
δεινὰν προςάγουσα τόλμαν;

22. *Ejusdem Phoeniss. v.* 938.

Aperuerat Tiresias Creonti mactandum pro salute patriae Menoeceum esse. Jam Creon:

Οὐκ ἔκλυον, οὐκ ἤκουσα· χαιρέτω πόλις.
ΤΕΙ. Ἀνὴρ ὅδ᾽ οὐκέθ᾽ αὑτός· ἐκνεύει πάλιν.
ΚΡ. Χαίρων ἴθ᾽· οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων.
ΤΕΙ. Ἀπόλωλεν ἀλήθει᾽, ἐπεὶ σὺ δυστυχεῖς;
ΚΡ. Ὦ πρός σε γονάτων καὶ γερασμίου τριχός.
ΤΕΙ. Τί προςπιτνεῖς με; δυςφύλακτ᾽ αἰτεῖ κακά.

Vulgo αἰτῇ, quod contorte explicat Schaeferus. Reliqui periclitati sunt ἐστίν, δυςφύλακτα γῇ, δυςφύλακτ᾽ ἀρκεῖς. Mihi placet:

Τί προςπιτνεῖς με; δυςφύλακτ᾽ αἴνει κακά.

Hoc est, *quae aegre caveri queunt iis contentus esto.*

23. *Ejusdem Helenae v.* 86.

Interrogaverat Helena Teucrum:

Τίς δ' εἶ; πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπεστράφης πέδον;
ΤΕΥΚΡΟΣ: εἷς τῶν Ἀχαιῶν, ὦ γύναι, τῶν ἀθλίων.
ΕΛΕΝΗ: Οὐτἄρα σ' Ἑλένην εἰ στυγεῖς θαυμαστέον.
ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίν' ἐξαυδᾶν σε χρή;
ΤΕΥΚΡΟΣ: Ὄνομα μὲν ἡμῖν Τεῦκρος, ὁ δὲ φύσας πατὴρ
Τελαμών, Σαλαμὶς δὲ πατρὶς ἡ θρέψασά με.

Versu 86. libri: *ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος; ἐξαυδᾶν σε χρή;* Supra repraesentavi emendationem Hermanni. Quae quidem tres ob caussas probari nequit. Primum ob usum, tum ob responsum Teucri, tertio propter v. *ἐξαυδᾶν*. Expediam ordine. Ob usum: sequitur enim Euripides Homericam formulam usu sancitam:

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

Sic in Ione 258. *ΚΡΕΟΥΣΑ*:

Τίς δ' εἶ, πόθεν γῆς ἦλθες; ἐκ ποίας πάτρας
πέφυκας; ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεών;
ΚΡΕΟΥΣΑ:
Κρέουσα μέν μοι τοὔνομ', ἐκ δ' Ἐρεχθέως
πέφυκα, πατρὶς γῆ δ' Ἀθηναίων πόλις.

Confer Phoeniss. 123 sqq. Simonidis Epigr. 136. 138. Deinde ob responsum Teucri: ad *τίς* enim pertinet *ὄνομα μὲν ἡμῖν Τεῦκρος*; ad *τίνος*, *ὁ δὲ φύσας πατὴρ Τελαμών*; ad *πόθεν* denique *Σαλαμὶς δὲ πατρὶς ἡ θρέψασά με*. Postremo propter *ἐξαυδᾶν*: nam id tum demum poterit locum suum tueri, si significaverit: *te decet eloqui* (*das musst du heraussagen*): non poterit, si idem esse volemus atque: *quem te dicere oportet?* (*wie soll man dich nennen?*) Nam tum simplex *αὐδᾶν* desideratur, ut in Ione dixit poeta: *ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεών;* Hinc in Helena licet numeris insuavioribus scribendum reor:

ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος δ' αὐδᾶν σε χρή;

Aliorum enim conjecturas jure damnavit Hermannus.

24. *Ejusdem fabulae v.* 167 *sqq.*

Palmari emendatione Hermannus effecit, ut intelligi carmen hoc possit:

Πτεροφόροι νεάνιδες,

παρθένοι, χθονὸς κόραι,
Σειρῆνες, εἴθ' ἐμοῖς γόοις
μόλοιτ' ἔχουσαι Λίβυν λωτὸν ἢ σύριγγας, αἴλιν' ὃς κακοῖς
τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα,
πάθεσι πάθεα, μέλεσι μέλεα
Μύσι', ἅτ' ἒ ἒ
θρηνήμασι ξυνῳδὰ
π έ μ ψ ε ι ε Φερσεφάσσᾳ.

In his unum est quod me quidem male habeat. Nam v. 170. ὃς redit ad λωτόν: quod fieri sane poterat: „quippe primaria notio illo verbo continetur, cui deinde leviter adjectum ἢ σύριγγας." Exempla sunt apud Bernhardium Synt. p. 439. Putidum illud videtur, si poeta lotum ad Proserpinam querelas demittere jubet. Medebimur illi scrupulo, si scribemus: ὡς κακοῖς — π έ μ ψ α ι τ ε, ut Euripides haec referat ad notionem primariam, h. e. ad Sirenes, quas loto Libyco instructas sibi adesse volebat Helena. Illis igitur conveniens est αἴλινα δάκρυα πέμψαι Φερσεφάσσᾳ.

25. *Ejusdem Fabulae v. 270 sqq.*

Helena:

Εἴθ' ἐξαλειφθεῖσ', ὡς ἄγαλμ', αὖθις πάλιν
αἴσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λ ά β ο ι ν,
καὶ τὰς τύχας μὲν τὰς κακάς, ἃς νῦν ἔχω,
Ἕλληνες ἐπελάθοντο, τὰς δὲ μὴ κακὰς
ἔσωζον, ὥσπερ τὰς κακὰς σώζουσί μοι.

In his λάβοιν scriptum ab Hermanno est. Quae vulgaris forma ut videtur et Comicis potius poetis relinquenda semel a vetustis Grammaticis in Euripideis reperta videtur: nam eodem versu qui est in Et. M. v. τρέφοιν· Ἄ φ ρ ω ν ἂ ν ε ἴ η ν ε ἰ τ ρ έ φ ο ι ν τ ὰ τ ῶ ν π έ λ α ς, utitur Grammaticus Crameri Ann. Oxx. IV. p. 204, 24. In editionibus vetustis est λάβω, in codicibus λαβεῖν, in duobus γρ. λάβω adscriptum est. Qui λαβεῖν Euripideum arbitrabantur attulerunt tres locos, in quibus εἴθε infinitivo junctum est, Phocylidae ex ποιήματι νουθετικῷ, Antipatri Thessalonicensis, Crinagorae. Quibus Matthiae addidit Odyss. Ω, 311. quod Pflugkius fideliter repetiit: ibi autem nihil ejusmodi. Hinc Hermanno ille usus epici sermonis ejusque recentioris esse videtur.

Mihi secus videtur. Primum enim Helenae illi optato, quod impetrari omnino non posset, egregie respondere puto infinitivum: deinde qui a Matthia falso citatus est locus Odysseae *Ω*, 376 sqq. argumento est, non esse illum usum solis recentioribus Epicis cognitum. Verba Homeri sunt:

Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
οἷος Νήρικον εἷλον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
ἀκτὴν ἠπείροιο, Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων,
τοῖος ἐών τοι χθιζὸς ἐν ἡμετέροισι δόμοισιν,
τεύχε' ἔχων ὤμοισιν, ἐφεστάμεναι, καὶ ἀμύνειν
ἄνδρας μνηστῆρας.

Infinitivus enim saepe in optativi locum subrepit: sic Odyss. *P*, 354 sq.

Ζεῦ ἄνα, Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράσιν ὄλβιον εἶναι
καί οἱ πάντα γένοιτο.

26. *Scholia Aristidis p.* 103. *Frommel.*

Eximius est locus de Palladiis in Scholl. Aristidis p. 103. Frommel., p. 320. Dindorf. hic: *Διὰ* (l. *διϊπετὲς*) *τὸ Παλλάδιον φησὶ τὸ ἀπὸ Τροίας· ὁ γὰρ Δημόφιλος* (*Δημοφῶν*) *παρὰ Διομήδους ἁρπάσας εἰς τὴν πόλιν ἤγαγεν, ὡς σημαίνει Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ· λέγει δὲ ἂν* (sic) *καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν Παλλαδίων, τοῦτε καταλυόμενον τὸν αὐτόχθονα καὶ τῶν περὶ αὐτεφυρῶν καλουμένων, ὡς Φερεκύδης καὶ Ἀντίοχος ἱστοροῦσιν.*

Primus haec tentavit Muellerus de Phidiae Vita et Opp. p. 21., qui scribebat: *τοῦ τε καθιδρυμένου ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων καὶ περὶ τῶν ἀπὸ λαφύρων καλουμένων*, ut haec ad spolia Medica spectarent. Nuper in Commentationibus Aeschyli Eumenid. p. 106. additis cognita Dindorfii codicum lectione *τοῦ τε καταλκομένου* — ex uno D vulgata *καταλυόμενον* affertur — verissime emendavit: *τοῦ τε κατ' Ἀλαλκόμενον τὸν αὐτόχθονα.* Nam qui Pausaniae IX, 33, 4. aliisque apud Naekium de Hecale p. 53. *Ἀλαλκομενεύς* est, poterat et *Ἀλαλκομένης* et *Ἀλαλκόμενος* dici, vide Lobeckium Aglaoph. p. 996. not. Lehrsium de Aristarch. p. 249. Ego de Glauco cogitaveram: nam in arce Athenarum erat *Γλαυκώπιον, ἀπὸ Γλαύκου τινὸς αὐτό-*

χθονος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ κατοικήσαντος Et. M. p. 233, 28. Mueller. Orchom. p. 213. Et Glaucopus filius Alalcomenei est Steph. Byz. s. v. *Ἀλαλκομένιον*.

Muellerus l. c. reliqua obscura manere confessus ibidem p. 156. has quoque tenebras conabatur dispellere sic: *καὶ τῶν περὶ Ἄτης λόφον* vel *κορυφήν*. Audacius. Ausis plane excidit Friebelius, qui post Satyrographorum fragmm. p. 141. *περιαυγηφόρων* proposuerit. Fundamentum emendaturis praebet Scholiorum Dindorfii scriptura: *περὶ αὐτῶν γεφυρῶν*. Nempe gens Gephyraeorum ad pontem eum, quem transibant mystae Eleusinii: quibus patrius erat cultus Cereris Gephyraeae et Minervae item Gephyraeae. Etym. M. s. v. *Γεφυρεῖς: δῆμος Ἀττικός, ὅθεν καὶ Γεφυραία Δημήτηρ εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἔχειν γέφυραν, δι' ἧς ἐπὶ Ἐλευσῖνα μέτεισιν οἱ μύσται*. Vide Prelleri librum de Cerere et Proserpina p. 394 sqq. De Palladii cura Gephyraeis commissa dixit Laur. Lydus de Menss. VIII. p. 45. *Γεφυραῖοι ἐν Ἀθήναις τοπάλαι ἐλέγοντο — διὰ τὸ ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῦ Σπερχείου* (*Κηφισσοῦ* Prellerus) *ποταμοῦ ἱερατεύειν τῷ Παλλαδίῳ· ὅθεν καὶ Πραξιεργίδαι δῆθεν ἐκαλοῦντο· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ποντίφεξ, ἀπὸ τοῦ δυνατοῦ ἐν ἔργοις*.

Praxiergidae igitur iidem fuerint qui Gephyraei? Erant illi quidem *οἱ τὸ ἕδος τὸ ἀρχαῖον τῆς Ἀθηνᾶς ἀμφιέννυντες* teste Hesychio, vide Bosslerum de Gentt. et Famil. Attic. Sacerdott. p. 8 sq.

Ut autem Ceres Gephyraea vocata, sic Minerva Gephyraea: et Palladium Gephyraeorum: Minerva etiam Gephyritis. Hinc in Scholiis nostris emendandum: *λέγοι δ' ἂν καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν Παλλαδίων τοῦ τε κατ' Ἀλαλκόμενον τὸν αὐτόχθονα καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ Γεφυραίων καλουμένων*, h. e. *ejus quod ad Alalcomenum pertinet et quod erat Gephyraeorum ab ipso vocatorum*. Vide Servium in Aen. II, 166. „Dicunt alii unum simulacrum coelo labsum (quod nubibus * adfectum [*advectum*] et in ponte depositum) apud Athenas tantum fuisse (unde et *γεφυριστὴς* [l. *γεφυρῖτις*]) dicta est; ex qua etiam caussa Pontifices a ponte sublicio, qui primus Tiberi impositus est, appellatos tradunt, sicut Saliorum carmina loquuntur." Et Interpretes A. Maji in eundem locum: „Duo Palladia traduntur exstitisse (alterum) in Attices regione, alte-

rum in Troade. Atque illud quod Athenis repertum est, videbatur ponti inlabsum: unde apud illos tu... γεφυρίτις (l. γεφυρῖτις) Ἀθηνᾶ." —

In tempore video J. Fr. Luchtium ad Phylarchi Fragmm. p. 141. Scholiastae Aristidei verba sic corrigere: τοῦ τε κατ' οὐρανοῦ πεσόντος εἰς Ἀκτὴν χθόνα καί πως παρὰ γεφυρῶν καλουμένου.

27. *Theognosti Canones.*

Cramerus ut magnam gratiam meruerit descriptis a se editisque Grammaticis Graecis ab omnibus qui uti sciunt; non minorem meruit ab iis quibus membranas Graecas suis ipsorum oculis legere concessum non est. Commendari enim Anecdota Crameriana iis debent, qui quos maxime errores committere soleant librarii experiundo discere voluerint. Ut is idoneus campus juvenibus sit apertus ad exercendum ipsorum acumen. Recte vero fecit vir optimus, quod scripta illa sicut in libris manu exaratis legebantur, omni mendorum genere obsita, quam purgata quoad fieri potuisset propinare maluit. Videturque sane ea religione codices expressisse, ut raro de suo tacitus aliquid immutaverit. Argumento sunt ea quae I. Bekkerus in Indice Anecdotorum ex eodem Theognosto, qui in iis cornicibus est, quae Herodiani pennis se vestiverunt, ex eodemque codice Barocciano protulit. Raro leviter dissonant utriusque viri docti notationes: sic v. gratia Bekkerus p. 1417. affert σαρξιφάγος, ὀρεσίτροφος, ἁρμασίπουδος. Apud Cramerum p. 96, 18. eadem, nisi quod ἁρμασίπουδος. Scribe ἁρμασίδουπος, quae glossa est Pindarica, v. Eustathii Pindarica p. 7. Ubi autem Cramerus ad emendatiorem scripturam revocat Theognostum suum, saepe joculares gignit errores. Animi gratia apponam p. 24, 18. Ὕοπελθος· υἱὸς ἔκπατος. Cramerus: „Leg. ἐπακτός." Apage vero υἱὸν ἐπακτόν: volebat grammaticus ὑοπέλεθος· ὗος ἔκπατος, *Schweinedreck.* Eadem pagina l. 18. Τρυφάλεια· κοινῇ προςκεφαλαία· τρυφαλίς· κοινή. Lege bis κυνῇ. Sed haec interspersi. Talia enim quicunque evolvit ista scripta perpurgat ipse.

28. *Theocriti Idyll. I, 97 sqq.*

Locus Theocriteus a Meinekio sic editus est:

Κῆπε· τὺ θην τὸν Ἔρωτα κατεύχεο Δάφνι λυγιξεῖν.
ἦ ῥ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;
Ἄρχετε βωκολικᾶς Μῶσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς·
Τὰν δ' ἄρα χὠ Δάφνις ποταμείβετο· Κύπρι βαρεῖα,
Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής·
ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν·
Δάφνις κὴν Ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι.

Versus 100. ut scriptus est tollit acerbitatem responsi Daphnidis. Exaequanda oratio est dicto Veneris ita, ut interrogationis signum in fine ponatur. Praeterea *φράσδῃ* et fortasse *δεδύκῃν* scribendum:

ἤδη γὰρ φράσδῃ, πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκῃν;

Tum plane ad exagitandum Veneris dicterium apposite respondet Daphnis moribundus:

Δάφνις κὴν Ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι.

Dicebatur proverbialiter *οὔπω πᾶς ἥλιος ἐμοὶ δέδυκεν*, h. e. *noch ist nicht aller Tage Abend gekommen.* Locum Theocriteum eximie illustrat Diodorus Excc. Vatic. p. 78. Dindorf. *Φίλιππος ὠνείδιζε τοῖς Θετταλοῖς ὡς τῆς ἐλευθερίας ἀνελπίστως διὰ Ῥωμαίων κυριεύσαντες λοιδοροῦσι τοὺς προγεγονότας κυρίους, οὐκ εἰδότες, ὅτι οὔπω πᾶς αὐτοῖς ὁ ἥλιος δέδυκε.*

29. *Loci aliquot Theocritei.*

II, 24. *Λακεῖ μέγα καππυρίσασα.* Valckenario *κάππυρος εὖσα* suspicanti assensi sunt plures viri docti. Licebat vulgatam tueri auctoritate Etym. Gud. s. v. *δάφνη· ἠχεῖ καιομένη· μαρτυρεῖ Θεόκριτος· χὼς αὐτὰ λαικον* (sic) *μέγα καππυρίσασα.*

VII, 74. *Χὼς ὄρος ἀμφεπολεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν.* Meinekius: „*Ἀμφιπολεῖσθαι* qui dixerit pro *ἀμφιπολεῖν* scio neminem.“ Conjicit vir praestantissimus *ἀμφεδονεῖτο* ex meliorum librorum scriptura *ἀμφεπονεῖτο.* Ego incideram in *ἀμφεπόλει τε καὶ ὡς δρύες κτλ.*

XVIII, 26. Hunc locum difficillimum ingeniose nuper Hermannus refinxit hoc modo:

Πότνι' ἅτ' ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόςωπον
ἀώς, ἢ ὅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἁμῖν.

Nullo tamen pacto versu 26. *διέφαινε* scribere Theocritus po-

tuit. Restringeretur enim pulchritudo Helenae ad illud temporis momentum, quo sol aliquando ortus fuisset. Nec aoristus *διέφηνε* recte restitutus est a quibusdam criticis: nam sol quotidie oritur. Quare poetam dedisse credo: *φαίνησι*. Saepius Theocritus similibus formis utitur.

XX, 6. *Οἷα βλέπεις, ὁπποῖα λαλεῖς, ὡς ἄγρια παίσδεις,*
ὡς τρυφερὸν λαλέεις, ὡς κωτίλα ῥήματα φράσδεις.

Meinekius: „Duo codices *καλέεις*, in quo aliud quid latere apertum est." Nempe *γελάας*.

XXIII, 16. *Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τόσαν φλόγα*
τᾶς Κυθερείας.

Ita Eldickius emendavit vitiosam librorum scripturam: *οὐκ ἔνι καὶ τοσαμφαότατος Κυθερείας.* Mihi *ἔτι* necessarium videtur. An:

Λοίσθιον οὐκ ἔτ' ἔτλα τόσσαν φλόγα τ. Κ.?

In eodem carmine v. 10.

Οἷα δὲ θὴρ ὑλαῖος ὑποπτεύησι κυναγώς,
οὕτω πάντ' ἐποίει ποτὶ τὸν βροτόν· ἄγρια δ' αὐτῷ
χείλεα χαὶ κῶραι δεινὸν βλέπος εἶχον ἀνάγκας.

Suspicor v. 11. *ποτιδὼν βροτὸν* scribendum esse. *Ut bestiae suspectant venatorem, sic ille conspecto homine mortali congressum quovis modo vitabat. Πάντα ποιεῖν, in omnes se partes vertere,* i. q. *πάντα κάλων σείειν.*

XXV, 15. Vel Meinekius repetiit *Πηνεοῦ ἀμμέγα τῖφος.* At *Μηνίου*, quae optimorum librorum scriptura est, vindicare licebat cll. Strabone VIII, 337 sq. Paus. V, 1, 7. VI, 26, 1. VI, 22, 3. Vide Muellerum in Nunc. Literar. Gotting. 1838. p. 1345 sq.

XXVII, 30. *Ἢν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος*
ὄψεαι υἷας.

Quidni:

Ἢν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος ὄψεαι ἠοῦς

vel *ἀοῦς*? *Tibi novus dies illucescet.*

Bionis Idyll. I, 23.

Ὀξὺ δὲ κωκύοισα δι' ἄγκεα μακρὰ φορεῖται,
Ἀσσύριον βοόωσα πόσιν καὶ παῖδα καλεῦσα.

Hermannus *πολλὰ καλεῦσα* rescribendum ducebat. Mihi *γοόωσα* videtur a poeta profectum esse. Maerebat Venus Adonin maritum et vocabat *παῖ, παῖ.* —

VII.

Analecta Lyrica.

Si a bonis parentibus et eorum quos progenuerunt amantibus summo jure flagitatur, ut eosdem erudiant et ad omnem virtutis honestatem conforment: a parentibus librorum in vulgus emissorum merito exspectes, ut imitentur probos parentes liberorum. Nam qui libros scribunt scriptosque edunt, similes eorum sunt, qui procreant liberos. Qui autem libros publicavere, publicatis nec jam patrocinantur nec prospiciunt, comparandi sunt cum parentibus immanibus et barbaris, qui liberos suos solitudini et bestiis exponunt. Nam id quidem vix in hominem cadere videtur, nihil ut ad alicujus libri perfectionem desit. Mihi autem semper visum est e rei natura esse deberique orbi hominum literatorum, ut editores librorum quaecunque se obtulisset occasio errores commissos publice corrigerent, — si modo ingenuo literarum amore ad scribendum compulsi unam veritatem sectati essent — omissa supplerent, quovis denique modo libris suis speciem conciliare periclitarentur eam, quae ab illa forma, quam mente animoque conceptam habuissent, dissideret minimum. Qui mecum sentient, non improbabunt, si paucis complectar ea quae in Simonide Ceo — quem ego poetam incredibili admiratione prosequor — et in Poetarum Lyricorum Delectu vel peccata vel securius praetermissa indignor. Quae si cui exigua videbuntur et vilia, is aut sidus natale libris illis non infaustum illuxisse arbitrabitur aut tenuitatem ingenii mei et tarditatem culpabit. Me cui in literis nihil parvum videatur aut contemnendum, modo parva cum magnis consociare et suum utrisque pretium atque honorem statuere teneas, non pudebit veritatem vel in minimis rebus religiose anquisivisse. Est sane aliquid Lessingianum illud: *Man gewinne einen alten Schriftsteller nur erst lieb, und die geringste Kleinigkeit, die ihn betrift, die einige Beziehung auf ihn haben kann, hoert auf uns gleichgültig zu sein.* Sed veniamus ad rem.

Simonid. Ceus p. IV. Quum Callimachus Simonidem vocet: *ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους*, Hyllichum ego avum maternum, Simonidem paternum fuisse statuebam. Nunc aliter judicandum est. Ludovicus enim Rossius prodidit titulum sepulcralem lapidis qui est in aedibus Dionysii Melissini, medici Iulietae, hunc:

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΥΛΙΧΙΔΗΣ.

Vide *Intell. Blätt. der Hall. Allg. LZ.* 1838. nr. 13. Rossius *Ὑλιχίδας* aut demum esse Atticum nobis incognitum aut veteres Iulietas in plures phylas demosve fuisse distributos arbitrabatur. Et hanc alteram sententiam pro vera habendam esse intellexit ipse Rossius in *Intell. Blaett. l. c.* 1838. nr. 40. p. 322., quum alter avus Simonidis *Hylichi* (uno enim λ nomen scribendum videtur cum titulo illo) nomen habuerit. — Mihi cognito titulo isto ita statuendum videtur, ut *Ὑλιχίδαι* phyla demusve Iulietarum fuerit, Callimachus autem, qui deperiret insolentiora, Simonidem *nepotem Hylichi*, h. e. *δημότην Ὑλιχίδην* vocaverit. Ut in stemmate familiae Simonideae p. V. unus Simonides Leoprepidae avus relinquendus fuerit.

Pag. XI. Ad illos locos qui sunt de Simonide in aedium Thessalarum ruina divina ope servato adde Alciphronis Epist. III, 68. *Τίς ἄρα μοι δαιμόνων ἐπίκουρος ἐγένετο; μή ποτε οἱ σωτῆρες ἄνακτες, ὡς Σιμωνίδην τὸν Λεωπρεποῦς τοῦ Κρανωνίου, καὶ ἐμὲ τῶν τοῦ πυρὸς κρουνῶν ἐξήρπασαν;* *Cranonium* videtur Sophista aedes Cranone exstructas dixisse, ut in vocis *κρουνῶν* simili sono luderet.

Pag. XIII. Ad locum Ovidii mira commentatus est semibarbarus ille Scholiasta Ibidis, v. p. 471. ed. Merkel.: *Lorios alebes* (Salvagnius *Alcidice Aleuae Larissei*) *filia cum licoride filio* (Salvagnius *viro*) *suo dum domum intraret, domo cadente periit. Et quia ejusdem fuit cum viro adversitatis ejusdem dicitur etiam fuisse constellationis.*

Pag. XL. Locus Scholiorum Arist. Vespp. 1217. ex fide codicis Veneti jam sic scribendus est: *Ἀρχαῖον ἔθος ἑστιωμένους ᾄδειν ἀκολούθως τῷ πρώτῳ* (vulgo *τὸ πρῶτον*), *εἰ παύσαιτο τῆς ᾠδῆς, τὰ ἑξῆς* (haec vulgo omissa). *Καὶ γὰρ ὁ ἐξ ἀρχῆς* (vulgo *ἐξάρχης*: codex Venetus firmat Kleinii emendationem) *δάφνην ἢ μυῤῥίνην κατέχων ᾖδε Σιμωνίδου ἢ Στησιχόρου μέλη, ἄχρις οὗ ἤθελεν.*

Pag. LIII. Enarrabat Simonidem auditoribus suis Alexander Cotyaënsis, v. Lehrs. Quaestt. Epp. p. 14.

Pag. 16. Ad versum quintum pertinet locus Aristotelis Metaphys. p. 982, b, 29. Bekker. paullo aliorsum traductus: *Πολλαχῇ ἡ φύσις δούλη τῶν ἀνθρώπων ἐστίν, ὥστε κατὰ Σιμωνίδην θεὸς ἂν μόνος τοῦτο ἔχοι γέρας, ἄνδρα δ' οὐκ ἄξιον μὴ οὐ ζητεῖν τὴν καθ' αὑτὸν ἐπιστήμην.* Ubi codices omnes praeter unum A^b *ἔχοι τὸ γέρας.* Idem carmen spectat Diogenes Cynicus qui dicitur Epist. XXII. apud Boissonad. Notit. et Extract. Bibl. Paris. X. p. 278. *Εἶναι μὲν γὰρ ἐσθλὸν κατὰ Σιμωνίδην χαλεπόν, ἐπαγγέλλεσθαι δὲ ῥᾴδιον.*

Pag. 40. Adde de Astylo Crotoniata Ol. LXXIII, 1. victore Dionys. Halic. Antiqq. VIII, 1. *Κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν καὶ τρίτην Ὀλυμπιάδα ἐνίκα στάδιον Ἄστυλος Κροτωνιάτης, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγχίσου.*

Pag. 62. Ad *Threnos* Simonideos spectat Libanius Epist. CCCCVII. *Ὅτε ἀσθενεῖν σοι τὴν γυναῖκα ἠκούομεν, συνηλγοῦμεν ἐννοοῦντες, ὡς εἰκός σε διακεῖσθαι καμνούσης· καὶ ἐπειδὴ τὴν τελευτὴν ἐπυθόμην, ἀνῴμωξα δεινόν τι ποιούμενος, Ἀρισταίνετον εἶναι ἐν πένθει, οὗ τῇ φύσει πανηγύρεις πρέπουσιν· ὁρμήσας δὲ παραμυθεῖσθαι λόγοις, ἀνέσχον δείσας, μὴ πάνυ σε δοκῶν εἰδέναι ἔπειτα ἀλοίην ἀγνοῶν. Οἷς γὰρ ἔμελλον σε κουφιεῖν τούτοις δὴ τοῖς Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου καὶ ὅσα ἐκ τραγῳδιῶν εἰώθαμεν φάρμακα λύπῃ προςάγειν, πάντα ἐδόκεις μοι πάλαι εἰδέναι.* Et Theodorus Hyrtacenus in Boissonad. Ann. Grr. I. p. 254. *Καί τοι κἂν περιῆν Σιμωνίδης κἂν Πίνδαρος κἂν ὅσοι τοῦ πρὸς λύραν ᾄδοντος κόμματος, καὶ τὰς λύρας πρὸς ἁρμονίαν ἡρμόσαντο πένθιμον, οὔμενουν οὐδ' ἐκεῖνοι πρὸς τηλικοῦτο πένθος ἀπέχρησαν.*

Pag. 81. Locus Plutarchi de elegiaco Aeschyli carmine, quibus ad Marathonem caesos Athenienses planxerat, incredibilia judicia expertus est. Mihi *ταῖς Αἰσχύλου εἰς τὸν Μαραθῶνα ἐλεγείαις* scribendum videbatur, Bergkio *εἰς τὴν Μαραθωνίαν.* Sed quum libri habeant *ταῖς Αἰσχύλου τὴν μεθορίαν ἐλεγείαις* verba illa ineptissima litura sananda videntur. Ut Plutarchus universe ad carmina elegiaca Aeschyli provoca-

verit, non ad unam elegiam istam diserte. Nam plures in Marathonomachas elegias non scripserat.

Pag. 88. Simmiae Rhodii versum affert Grammaticus Crameri Ann. Oxx. III. p. 385, 26. *Παρ' ἄμμια* (sic codex) *τῷ Ῥοδίῳ οὕτως·*

Χρυσῷ τοι φαέθοντι πολύλλιτος φθέγγεται κράς.

Collatis igitur inter se *φθέγγεται* et *φαίνεται* — sic enim in codice Choerobosci Bekkeri est — apparere dedisse Simmiam:

Χρυσῷ τοι φαέθοντι πολύλλιστος φλέγεται κράς,

dixi in censura Paralipp. Lobeckii, v. Nunc. Literar. Gotting. 1837, 206. p. 2052. Hoc duxi memorandum esse, quum non sine laetitia viderim Godofr. Bernhardium in censura ejusdem libri Annall. Literar. Berolin. 1838, II. p. 347 sqq. eandem medicinam illi loco admovisse. Gaudeo, Virum doctum anno 1838. de duobus aliis locis contra Lobeckium eadem paene iisdem verbis disputasse quae ego anno 1837. Primum locum Rhiani a me p. 2048. correctum eodem modo corrigit: deinde apud Hesychium s. v. *βλῆρ* restituit et ipse *παρ' Ἀλκαίῳ*, v. censuram nostram p. 248. Haec nobis communia: peculiare Bernhardio, quod contra veterum Grammaticorum doctrinam *βλῆρ* non *δέλεαρ* aeolice dictum censet, sed idem esse quod *βλής* — *der hingeworfne Brocken.* *Βλής* autem extra dubium poni versu incerti poetae: *Νύμφα φίλη, καὶ βλητὶ λίθῳ ἐνὶ δάκρυον ἧκας.* — Bernhardy igitur videtur credere, Aeolenses pariter ut Lacones literae σ substituere solere ρ: falso. Nec Laco quidam Cretensisve in hac quidem voce σ poterat commutare cum ρ. Nam habet ea mutatio fines suos et regulas. Praeterea *βλής* — *hingeworfen* — quid in versu illo significaret vellem docuisset Bernhardy. Tu vide Lobeckium p. 82.

Pag. 92. *fr. LXX.* Cum *ἀριστάρχῳ Διΐ* praeter trita illa compara quae Tzetza in Crameri Ann. Oxx. IV. p. 17. attulit ex Euphorione:

Εἴτε τὸν Εὐφορίωνα μιμούμενος ἢ ἄλλον
τὴν Ἱπποδάμειαν αὐτὴν ὁμοίως καὶ Ἀτρέα
οὐ θήσεις ὡς ὀνόματα, ὡς δὲ δριμείας λέξεις,
ἀτρέα δῆμον ἄτρεστον, ὡς Εὐφορίων, λέγων,
καὶ χεῖρα ἱπποδάμειαν τὴν ἡνιόχων χεῖρα.

Alterum *ἀτρέα δῆμον* exstat apud Meinek. Euphor. p. 155., alterum *χεὶρ ἱπποδάμεια* novum est.

Pag. 92. *fr. LXXI.* Cum Simonidis narratione de Talo Ἡφαιστοτεύκτῳ relicta Sardinia in Cretam insulam trajiciente debebam componere narrationem popularem Ceorum, popularium Simonidis: qua cum fabula aliquo modo cohaerebat altera. Servius in Virgilii Georg. I, 14. *Hic* (Aristaeus), *ut etiam Sallustius docet, post laniatum a canibus Actaeonem filium matris instructu Thebas reliquit et Ceam insulam tenuit primo adhuc hominibus vacuam;* post ea relicta cum Daedalo ad Sardiniam transitum fecit. *Huic opinioni Pindarus refragatur, qui eum ait de Cea insula in Arcadiam migrasse ibique vitam coluisse,* v. Boeckh. fr. Pind. 139. An Pindarus Simonidi oblocutus erat? Ceterum fabulae intellectus obscurissimus. Illud volebam notare, fabulam Simonideam cum insulae patriae religionibus fuisse conjunctam.

Pag. 100. *fr. LXXXIV.* Lobeckius Paralipp. I. p. 76. correxit:

⏑́ ⏑ τοῦτο γὰρ μάλιστα φῆρες ἔστυγον πῦρ,

h. e. leones, quos et Aristoteles testatur et nostri peregrinatores comprobant φοβεῖσθαι μάλιστα τὸ πῦρ. Si autem recte ad Amorginum Iambographum versus recte emendatus refertur, emergit tetrameter poetae Amorgini primus: quem tetrametros scripsisse uni Suidae credebamus.

Pag. 104. Callimachium ἔλλατε sero agnovit Naekius in Museo Rhenano 1836. p. 20.

Pag. 109. *fr. C.* Vaterus in Eurip. Rhes. p. 75. not. corrigit: Στησίχορον δὲ ὁ Σιμωνίδης φησὶν κτλ.

Pag. 110. *fr. CI.* Simonidis verba fortasse servata in Provv. Bodlej. 81. Ἀμουσότερος Ἀκανθίου τέττιγος.

Pag. 113. *fr. CVIII.* Euripides Iph. Aul. 313. μακροὺς δὲ δοῦλος ὢν λέγεις λόγους.

Pag. 126. *fr. CXXXVIII.* Heynius ad Homeri Iliad. XI, 256. „Πύλας ἀνεμοτρεφέας Simonides dixit *validas.* Nisi is *postes ex validis arboribus* sic appellavit."

Pag. 182. *Epigr. CXCVI.* Nuper A. Boeckhius in Quaestt. Metrolog. p. 294. et 304. distichum a nobis proscriptum vindicaturus legendum arbitratur:

ἓξ ἑκατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλάντων
Δαμαρετίου χρυσοῦ, τᾶς δεκάτας δεκάταν.

Pag. 209. *Epigr. CCXVIII.* Macarius Chrysoc. apud Walz.

ad Arsen. Viol. p. 291. *Θάσιος παῖς Ἀγλαοφῶντος· ἐπὶ τῶν θαῤῥούντων ἐν οἷς* (f. *ἐφ᾽ οἷς*) *λέγουσιν ἢ πράττουσιν. Ὁ γὰρ Ἀγλαοφῶντος παῖς Θάσιος τὸ γένος ἄριστος ἦν γραφεύς.* Nempe quum optimum pictorem Simonidis Epigramma solo patriae parentisque nomine addendo magnifice celebrasset, dicebantur illa de iis proverbialiter, qui confidentiores essent sui, ut virtutum praeconio non indigerent.

Numerum fragmentorum duobus volo augere locis. Primum Claudianus Epistt. IV, 9.

Fors juvat audentes, Cei *sententia* vatis.

Sic libri veteres, ad quos accensendus Vien., in quo *Chii* ex creberrima utriusque vocis permutatione. *Ceum vatem* quem dixisset Claudianus quum non intelligerent, partim interpolabant pessime *prisci sententia vatis*, quem Columna *Ennium* dici sibi persuasit, v. Enn. p. 134.; Schottus ad Procli Chrestom. p. 467. Gaisf. Hephaest. ed. Lips. cum Heinsio *Coi* conjecit intellexitque Philetam. Vide Huschkium ad Tibulli Eleg. I, 2, 16. *Fortes adjuvat ipsa Venus.* Virgilius Aen. X, 284. *Audentis fortuna juvat.* Ubi alia affundit Cerda.

Alter locus latere videtur apud Herodianum *περὶ μον. λέξ.* p. 9, 31. *Συλοσῶν. Δεξικρῶν ἑρμονίδης. ἑρμοκρῶν κτλ.* Aug. Meinekius in Historia Critica Com. Grr. p. 500. „*Ἑρμονίδης* ex sequenti *Ἑρμοκρῶν* ortum et in *Σιμωνίδης* mutandum videtur." In Et. M. p. 684, 49. ante Sylburgium edebatur *δεξιχρῶν*, nunc *Δεξιφῶν*. —

Fritzschium in Aristoph. Thesmoph. 161. *χὼ Κεῖος* (h. e. Simonides) conjectantem refutavit G. Hermannus docuitque *ὡρχαῖος* veram esse scripturam. Duentzerum autem in Scholio Plautino nobilissimo p. 4. Ritschel. *Concylum* transfigurantem in *Simonidem Ceum* non mirabar: dudum enim desuevi Proteum istum mirari. Comitem adeo illi conjecturae prodidit Lerschium, sodalem suum.

Delect. Poett. Elegiacc. p. 12. Apud Mimnermum I, 4. *ἄνθε᾽ ἀεὶ ἥβης* pro vero habet Otto Schneiderus, qui censuram libri mei conscripsit in Zimmermanni Diar. Antiq. 1838. nr. 115 sqq. At id et mirifice languet et nititur veterum editionum scriptura sublestae fidei: proficiscendum in emendatione loci a codicum scriptura *εἰ ἥβης ἄνθεα.*

Pag. 13. *fr. II*, 10. Schneiderus αὐτίκα τεθνάναι.

Pag. 16. *fr. XII*, 7. Schneiderus ἐσσύθη. At Minerva non semel gavisa est eximio illo bellatore. Versu octavo idem V. D. desiderat πυκνὰ βιαζόμενος δυςμενέων βέλεσιν. Sine caussa.

Pag. 20. *Solonis carm. II*, 33. Schneiderus καί θ' ἅμα. Ne id quidem necessarium.

Pag. 21. In versibus Solonis quos in notas relegavi, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη non debebam tentare. Eadem est enim assimilatio quae apud Catullum: *Phaselus — ait fuisse navium celerrimus*, vel apud Theocritum XII, 7. ἀηδὼν ἀοιδοτάτη πετεηνῶν. Plura dabit Meinekius Menandr. p. 193.

Pag. 24. *Solon. X*, 2. Plutarchi codices A C τὴν δὲ πόλιν, unde Sintenis recte edidit τήνδε πόλιν.

Pag. 26. *Solon. XI*, 42. Calidius damnabam δοκεῖ. *Qui pauper est, quovis pacto opinatur posse sibi opes comparare.* Nos diceremus: *Er meint, auf alle Fälle möge er wol einmal zu grossen Schätzen kommen.* Ne κτήσεσθαι quidem desideres. Δοκεῖ tum ferri non posset, si κεκτῆσθαι scriptum esset.

Pag. 32. *Solon. XXIV*, 4. Scribe αἰδεῦμαι cum Sinteni ex codice A.

Pag. 33. *Solon. XXVI*, 3 sqq. Quum Plutarchi codex A ἀπέσπασε m. sec. praebeat, malim cum Sinteni Xylandrum sequi. Quod recepi ex q ἐπέσπασεν praebet etiam codex C. Versu quarto A ἁμάρτῃ.

Versu quinto libri omnes ἤθελε: ἤθελον Xylander. Versu septimo ἀσκὸς nunc repertum est in codd. Ca et A m. sec.

Ibid. XXVII, 1. Schneiderus ἄλλα δ' αὖ μάτην. Fortasse vere. Nisi Solo distinguebat inter ea quae praeter spem divinitus ipsi contigissent et ea quae suis ipsius viribus esset consecutus.

Pag. 34. *Solon. XXVIII*, 4. Libri Plutarchi πολλαχῇ: Stephanus de suo πανταχῇ. Hinc corrige quae in notis dixi. Versu 11. δουλείην nunc in Plutarcho quoque codex C.

Pag. 35. *Solon. XXIX*, 3. De ἀτέροις vide Meinekii notam Menandr. p. 581. quaeque ibi disputat Buttmannus. Eodem versu δρᾶσαι δίχα in vulg. διὰ latere perspexit praeclarae spei juvenis idemque mihi carissimus, Hieronymus Ibeling Ditzen, Emdensis. Quod quam vere repertum sit docet

vel id, quod O. Schneiderus in idem incidit. Sed diu ante Ditzenius mihi indicaverat. Dicit Solo, multis viris orbandam civitatem fuisse, si unam partem civium plane sequendam arbitratus fuisset nulla alterius habita ratione.

Ibid. Solon. XXX. Solonei versus recordatus videtur poeta incertus in Provv. Coisl. 114.

Δοῦλε, δεσποτῶν ἄκουε καὶ δίκαια κἄδικα.

Rursus ibidem:

Κρεισσόνων γὰρ καὶ δίκαια κἄδικ' ἐστ' ἀκούειν,

ubi corrige ἀκουστέα, ut Sophocl. Electr. 332.

τῶν κρατούντων ἐστὶ πάντ' ἀκουστέα.

Dictum Soloneum praeterea obversatum fuerit Menandro Sent. Singul. 441.

Ὅρκον δὲ φεῦγε καὶ δικαίως κἀδίκως.

Antistheni Plutarch. Morall. p. 33, C.

Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν κἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ.

Similiter Euripides dixit Hecub. 739.

κἂν τύχω κἂν μὴ τύχω.

Et in Troadd. 642.

κἂν προσῇ κἂν μὴ προσῇ.

Pag. 46. Suidae articulus non uno loco laborat. Pro γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη ͵βω' codex E δι' ἐλεγείας ὡς ἔπη ͵βω[ων]: et ὡς etiam A. Recte. Sub finem pro παρεσπαρμέναι εἰσὶ μωρίαι libri omnes παρεσπαρμέναι μιαρίαι, quod in vicem Kusterianae istius hariolationis revocandum. Foedissimum autem vulnus inflictum est verbis mediis: Καὶ πρὸς Κύρνον, τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον, Γνωμολογίαν δι' ἐλεγείων καὶ ἑτέρας ὑποθήκας παραινετικάς, τὰ πάντα ἐπικῶς. Medicorum ars ad hunc diem frustra consumpta. Nec Gaisfordianae opes sanando faciunt: unus codex E ἐπιεικῶς habet. Idem Ditzenius meus ante hos quinque fere menses assecutus est manum Suidae: τὰ πάντα ἔπη ... fortasse ͵βω'. Nam quum haec altera notatio ex alio fonte atque prior illa manasse videatur, numerus omnium versuum fortasse non alius fuit atque supra: ὡς ἔπη ͵βω. Eodem autem modo aliis locis Suidas omnem numerum versuum describit. Sic s. v. Εὔμολπος· — ἔπη τὰ πάντα τρισχίλια. Idem s. v. Ἀνάχαρσις· — ἔπη τὰ πάντα ὀκτακόσια. Vide de hoc more Frid. Ritschelium de Biblioth. Alex. p. 91 sqq., cujus

copias aliquot testimoniis auxi in Nunc. Literar. Gotting. 1839. nr. 206. p. 2261. Ceterum eandem emendationem apud Suidam fecit idem O. Schneiderus.

Potest praeterea copiis Ritschelianis addi Suidae locus s. v. *Εὐφορίων*, qui licet confusus sit, hoc certe docet, Euphorionem edidisse quinque libros Chiliadum, qui titulus operi inditus erat propterea, quod singuli libri mille *ἔπη* complectebantur. In quinto libro *συνάγει διὰ χιλίων ἐτῶν* (h. e. *ἐπῶν*) *χρησμοὺς ἀποτελεσθέντας*, h. e. *oracula absoluta per mille versus*. Sic in verbis ab aliquot codicibus in fine repetitis: *ἐπιγράφεται δὲ ἡ πέμπτη χιλιὰς περὶ χρησμῶν* [*ὡς χιλίων ἐτῶν ἀποτελοῦνται*], quum codex A *δισχιλίων* praebeat, recte apparet Kusterum *διὰ χιλίων* correxisse: debebat praeterea *ἐπῶν*. Vide Meinekii Euphor. p. 21 sqq.

Quum semel Euphorio sit in manibus, novum librum duosve adeo addam Meinekianis. Scholia Clementis Alex. p. 11, 6. (IV. p. 96 sq. Klotz.) *Καράνῳ τῷ Ποιάνθους* (*Ποίαντος*?) *υἱῷ ἐξ Ἄργους μέλλοντι ἀποικίαν στέλλειν ἐπὶ Μακεδονίαν, εἰς Δελφοὺς ἐλθόντι ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων·*

Φράζεο, δῖε Κάρανε, νόῳ δ' ἐμὸν ἔνθεο μῦθον·
ἐκπρολιπὼν Ἄργος τε καὶ Ἑλλάδα καλλιγύναικα
χώρει πρὸς πηγὰς Ἁλιάκμονος· ἔνθα δ' ἂν αἶγας
βοσκομένας ἐσίδῃς πρῶτον, τότε (*τόθι*) *τοὶ χρεὼν ἐστι*
ζηλωτὸν ναίειν αὐτὸν γενεάν τε πρόπασαν.

Ἐκ δὴ τοῦ χρησμοῦ προθυμότερος γενόμενος Κάρανος, σὺν τισιν Ἕλλησιν ἀποικίαν στειλάμενος ἐλθὼν εἰς Μακεδονίαν ἔκτισε πόλιν καὶ Μακεδόνων ἐβασίλευσε καὶ τὴν πρότερον καλουμένην Ἔδεσσαν πόλιν Αἴγας μετωνόμασεν ἀπὸ τῶν αἰγῶν· ᾤκεῖτο δὲ τὸ παλαιὸν ἡ Ἔδεσσα ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν καὶ τῶν μετὰ Μίδου διακομισθέντων εἰς τὴν Εὐρώπην· ταῦτα Εὐφορίων ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἱστίᾳ καὶ τῷ Ἰνάχῳ. In *Inacho* Euphorio fabulas historiasque Argivas videtur complexus esse. An ille liber fuit Chiliadum?

Pag. 66. *Theognid.* 203. O. Schneiderus *οὔτι γὰρ αὔτως*, quod non necessarium.

Pag. 68. *Theognid.* 256. Meinekius Theocr. II, 149. corrigit *ἐρῷτο*.

Pag. 69. *Theognid.* 263. Mire Schneiderus: *ψυχρὸν γάρ*

μοι τῆσδε φίλοι πνείουσι τοκῆες. Et sq. versu: θροεῖ pro φέρει.

Pag. 72. *Theognid.* 309 *sqq.* Schneiderus sic constituit: ἴσθι· πάντα τε μιν λήθειν ὡς ἀπεόντα δοκεῖ, εἴς τε φέρει τὰ γελοῖα — θύρηφι δὲ καρτερὸς εἴης κτλ. Quae nullo pacto probabilia sunt.

Pag. 76. *Theognid.* 400. Schneiderus ἔντρεπε retinet et ἀλευόμενος scribit.

Pag. 85. *Theognid.* 577. Schneiderus bene ῥήϊον conjicit.

Pag. 91. *Theognid.* 689. Bene Schneiderus εἴῃ, de qua forma conjunctivi saepe obliterata ablegat ad Hermannum de Legg. quibusd. subtil. serm. Homer. I. p. XVI. Opuscc. II. p. 32. et Schaefer. ad Poett. Gnom. p. 238. Sed idem Schneiderus quae de v. 732. et 897 sqq. et 1202. deque Philetae fr. XII. scripsit, jam ipsum poenitere puto.

Pag. 96. *Theognid.* 800. Schneiderus λώϊον ὧδ' εἶναι· μὴ πλεόνεσσι μέλειν. Non intelligo.

Ibid. Theognid. 806. Schneiderus pro χρή μιν putat scribi posse χρησμὸν vel χρῆσιν.

Pag. 99. *Theognid.* 855. Optime Schneiderus πολλάκι δὴ πόλις ἥδε.

Pag. 104. *Theognid.* 954. Schneiderus recte ἤνυσα δ' οὐκ ἀνύσας.

Pag. 110. *Theognid.* 1066. Schneiderus τούτων οὐδὲν ἔπεστ' ἀλλ' ἔτι τερπνότερον.

Pag. 113. *Theognid.* 1133. Schneiderus πονοῦσι φίλοισι.

Pag. 116. *Theognid.* 1193 *sq.* Schneiderus τῷ ξύλον ἢ σκληρὸν γίγνεται ἢ μαλακόν;

Pag. 133. *De Euenis poetis* vide dissertationem *Guilelmi Wagneri.* Vratislaviae MDCCCXXXVIII. editam.

Pag. 148. Hermesianactis locos complures emendare studet A. Emperius in Zimmermanni Diar. Antiq. Stud. 1838. VIII. nr. 101.

Versu quarto Meinekius in Theocr. XVII, 48. κυανὴν tentat.

Pag. 163. De carmine in Boeotum Parodum vide nunc Prelleri librum de Polemone p. 82 sqq.

Pag. 201. Cum Simonidis Amorgini v. 37 sqq. confer Menandri versum Sentent. Sing. 264.

Ἴσον ἐστὶν ὀργῇ καὶ θάλασσα καὶ γυνή.

Pag. 253. *Alcman. fr.* 50. Mecum facere video Meinekium Theocr. II, 4., qui scribit *Αἴας αἰματᾷ τε Μέμνων.* Addendum est testimoniis de v. *Αἴας* altera correpta Et. M. p. 721, fin.

Pag. 258. fr. 71. Fridericus Jacobsius in Zimmermanni Diar. Antiq. Stud. 1838. XII. p. 1170. altero versu corrigit *ὑπάκουε νέμη Ἰδαῖα*: neque numeris suavibus et non ferendo hiatu.

Pag. 262 *sqq.* In poetis Aeolensibus multa feliciter tentavit, quaedam certissime correxit *Henr. Lud. Ahrens* noster in Mus. Rhen. 1838. II.

Pag. 283. *Alcaei fr.* 61. Alcaeo Comico tribuebat Meinekius Menandr. p. 74. Perperam.

Pag. 284. *Alcaei fr.* 62. Ad sententiam compara versum proverbialem ex Alcaei loco, opinor, ductum in Proverbb. Coisl. 133. Gaisf. *Εἰπὼν ἃ θέλεις, ἀντάκουε ἃ μὴ θέλεις: ἐπὶ τῶν ἀκουόντων κακὰ εἰπόντων τοιαῦτα.* Scribe:

Εἰπὼν γὰρ ἃ θέλεις, ἀντάκου' ἃ μὴ θέλεις.

Pythagorae tribuit Appendix Stobaei Flor. p. 76, 1. hanc sententiam: *Λάλει ἃ δεῖ καὶ ὅτε δεῖ καὶ οὐκ ἀκούσεις ἃ μὴ δεῖ.*

Pag. 288. In nota ad fr. 80. secure fidebam Simplicio Aldino, quem constat ex Moërbekae translatione latina Graecitate, ut ajunt, donatum fuisse. In vero Simplicio non est *πάλιν ὗς ἔγρυξε*, sed *πάλιν ὗς παρορίνει*, ut apud Alcaeum teste Apostolio efferebatur proverbium. Deinde non dixit Simplicius Alcaeum *μελῳδόν*, sed *μελοποιόν.* Haec ex codice Nov. Colleg. protulit Gaisfordius ad Diogeniani Provv. VIII, 64.

Pag. 323. Apud Stobaeum *Εἰρήνης* in *Ἠρίννης* mutandum esse jam ante me monitum a Meinekio aliquo loco. Cui emendationem retribuo.

Pag. 330. *De Stesichori Palinodia* exstat commentatio lectu dignissima *Jacobi Geelii* in Museo Rhen. 1838. I. p. 1 sqq.

Pag. 368. *Anacreontis fr.* 81. In Atilii codice Vaticano apud Gaisfordium in Scriptt. Rei Metr. Latin. p. 359. exstat: *ασπιδα ριψεο ποταμον ιλλιροον τροχοας.* Mire Gaisfordius pro ultima voce *προβαίνων* conjectat.

Pag. 375. Cydiae verba fr. 1. paullo copiosiora in duo-

bus Bekkeri libris 𝔄Θ exstare me fugit. Ibi est: *ἐλθόντα d θανατωι σηιθεια μοῖραν.* Unde Cydiae fuisse haec: *Μὴ κατέναντα λέοντος νεβρὸν ἐλθόντ' ἐν θανατοέσσῃ θέᾳ μοῖραν αἱρεῖσθαι χρεών* opinio est Hermanni Sauppii in Progr. Gymnas. Turicensis 1836. p. 9. Sententiam Sauppius hanc fuisse arbitratur: *Hinnuleus leone conspecto pulchritudinem ejus stupet et corde quidem et genibus tremit, sed aufugere nequit.* Quod non potest verum esse. Monebat Cydias aliquem, ne velut hinnuleus in leonem, sic ille incideret in puerum pulchrum, qui ipsum surriperet sibi. Sic Sauppii correctio ferri nequit, quae ne numeros quidem habet aptos. Et *θανατοέσσῃ* certe *θανατοέσσᾳ* esse deberet. Quanquam *θανατόεις* ne verbum quidem est.

Pag. 437. Diagorae Melii fragmentum prius altero versu auctius servavit Didymus Alexandrinus de Trinit. III, 2. p. 320.

Θεὸς θεὸς πρὸ παντὸς ἔργον βροτείου νωμᾷ φρέν' ὑπερτάταν·
αὐτοδαὴς δ' ἀρετὰ βραχὺν οἶμον ἕρπει.

„*Αὐτοδαῆ ἀρετὰν* dicere videtur laudem quam quis suis confisus viribus anquirit, divinae opis nil indigens." Meinekius Hist. Crit. Com. Grr. p. 526 sq., a quo illud didici.

1462. *Pag.* ~~464~~. Audio in ducatu Bremensi cantari a pueris hanc cantilenam, similem *φιληλιάδι ᾠδῇ*, quam animi gratia appono:

Lebe Regen, gah weg,
Lebe Sunne, kumm wedder,
Mit dine golle Fedder
Mit dinen gollen Strahl
Vom Himmel herdahl.

Epilogus.

Nondum actum est, lector benevole. Sunt enim quae Apinis nostris tanquam Colopho imponenda esse videantur, quibus hanc varii hujus libelli et abnormis formam vel vindicem vel excusem. Ego quum ante hunc annum, ut Hugonis honori quantum in me esset consulerem, ad primam commentationem quae est de Alcmanis carmine in Dioscuros incitata festinatione conscribendam animum appulissem, comites illi adjungere decreveram alias quasdam similis argumenti disputationes, quas mente designatas habebam, non chartis perscriptas. Et adjunxi post intervallum temporis alteram dissertationem de Alcmane Ethnographo. Quam quum absolvissem jamque alia quaedam curiosius explicanda aggressurus essem, turbavit consilium Schubarti mei liberalitas, a quo praeter spem Orionem edendum accipiebam. Quem vix tandem post tot saecula e situ et squalore protractum nefas videbatur in scriniis nostris diutius illiberali custodia tenere: statim misso priore consilio ad expoliendum Anthologuomicum me totum dedi. Quo factum est, ut Orio jam prodeat in vulgus societate non nativa quidem ipsique familiari, sed asciticia, non inhonesta tamen, ut arbitror, et plane ab indole ipsius abhorrente. Succrescebat libellus. Corpusculum affinxi Orioni ita, ut emendationes veterum scriptorum, quorum recens mihi haereret memoria, a marginibus corrogarem ipsique agglutinarem. Non infitior et aegre fero evasisse sic mulierem formosam superne — nosti reliqua. Sed solatium dolori meo — saepe enim dolui me imprudentem in hanc scribendi lasciviam relapsum — praebet Orionis praestantia: reliqua quam levia sint non dissimulo. Tu igitur si me audies, benevole lector, leges Orionem et quae ipsum praecedunt dissertationes quaeque subsequitur de Maesone: a reliquis abstinebis nullo studiorum tuorum vel exiguo damno, otii compendio mediocri, fortasse aliquo aestimationis meae incremento.

Ut autem dies diem, sic annus annum. Primam dissertationem, quam singulatim editam cum viris quibusdam amicis communicaveram, Godofredus Hermannus dignam habuit, de qua publice judicium faceret. Multa me monuit inter corrigendi taedium, quod strenue mecum partitus est, suavissimus familiaris Ferdinandus Rankius. Textum Orionis miseram ad Augustum Meinekium, quem scirem edendis fragmentis poetarum comicorum occupatum esse. Remisit Meinekius observationes suas, quibus de compluribus locis difficilibus poetarum sententiam suam aperuerat. Sed quum Meinekius commentarios meos tum nondum vidisset, accidit, ut in locis aliquot in idem inciderimus. Ego et quae ab illis viris libello meo salutaria accepi et quae pauca observavi ipse, in fine libelli proponam. *Βέλτιον ὀψιμαθῆ καλεῖσθαι ἢ ἀμαθῆ.* Nec ea omittam quae a Meinekio excogitata in commentariis nostris eodem paene modo explicata exstant. Sentio enim, quam eximium firmamentum meis inventis accedat ex consensu Meinekii.

Pag. 2. Alcman Dioscuros ipsas Athenas expugnasse fecerat. Eandem fabulam secutus est qui arcae Cypseli epigramma fecit apud Pausaniam V, 19, 1. At occursat glossa Hesychii *Ἀσανέων* (*Ἀσαναίων* Palmerius) *πόλιν· τὰς Ἀφίδνας.* Quam glossam, ut solet, ex Alcmane mutuatum esse Glossographum probabilis est conjectura Muelleri Dorr. I. p. 439. Quod si vere conjectum est, ego glossam ad hymnum illum in Dioscuros revoco et discrepantiam quae videtur esse sic concilio, ut Grammaticos — quorum ex copiis hauserit Hesychius — verba *Ἀσαναίων πόλιν* diverso modo interpretatos fuisse statuam: alii enim Athenas ipsas, alii Aphidnas ex vulgari fama significatas ab Alcmane posuisse videntur. Alcman fortasse de industria scripserat ambigue.

Pag. 3. Assentior nunc Hermanno *νεωχμὸν* formam proscribenti et ubique *νεοχμὸν* probanti, vide censuram hujus libelli in Zimmermanni Diar. Antiq. Stud. 1838. 56. p. 461.

Pag. 10. In verbis Scholiastae Homerici *Ἀλλὰ πολυνεικῆς διελένα* Hermannus vidit latere versiculum poetae Doriensis hunc:

ἀλλ' ἁ πολυνεικὴς
δι' Ἑλένα.

Pag. 11. Nunc Rankius ad Hesiodi Scutum 192. formam ἐναρςφόρος ex quattuor codicibus praeter Trincavelli exemplar satis stabilivit.

Pag. 14. De loco Callimachio sic judicat Hermannus l. c. „*Den ganzen (zweiten) Vers möchte Kallimachus schwerlich so geschrieben haben, der, wenn er ἄποτος setzte, wohl auch ἄσιτος oder ein ähnliches Wort statt οὐ φάγες gesetzt haben würde; wenn er aber οὐ φάγες schrieb, wohl auch würde οὐ πίες geschrieben haben. Man möchte daher wohl vermuthen, dass nach αὐσταλέα andere auf die Trauer der Göttin bezügliche Epitheta gefolgt seien, das οὐ φάγες οὐδ' ἐλοέσσω aber das Ende des nächstfolgenden Verses ausgemacht habe. Diese Vermuthung erhält noch mehr Gewicht dadurch, dass der von Ruhnkenius verworfne weit bessere zwölfte Vers so lautet:*

οὐ πίες οὔτ' ἄρ' ἔδες τῆνον χρόνον, οὐδ' ἐλοέσσω.

Offenbar ist der ursprüngliche Codex, aus welchem dieser Hymnus stammt, hier zerrissen und nur stückweise lesbar gewesen. Daher man über diese ganze Stelle schwerlich ohne einen neuentdeckten Codex oder sonstige glückliche Zufälle, dergleichen der erwähnte Fund des Hrn. S. ist, aufs Reine kommen wird."

Pag. 16. *not.* 2. *lin.* 3. pro *relativa* lege *interrogativa.*

Pag. 20. *not.* Alexander Polyhistor fuit Milesius: Alexander, Marci Antonini Imperatoris philosophi praeceptor, Cotyaensis, de quo nuper dixit Lehrsius Quaestt. Epp. p. 8 sqq.

Pag. 36, 9. Lege aspero spiritu Ὡρίων.

Orionis Anthologinom. I, 18. Meinekius in Hist. Crit. Comicor. Graecc. p. 341. haec scripsit: „Quod Menandro p. 102. restitui fabulae elogium Κωνειαζόμεναι pro Κονιαζόμεναι, egregie confirmat editus nuper Schol. Clem. Alex. Protr. p. 22. οὗ (Epimenidis) μέμνηται καὶ Μένανδρος ἐν ταῖς Κωνεαζομέναις. Scribe Κωνειαζομέναις. Ac fortasse etiam apud Stobaeum Serm. XXI., ubi Gesneri margo habet: „Menander in Catazóm." Codex A Κωταζομοις, legendum est Κωνειαζομέναις." Cum his comparanda quae nos scripsimus p. 65. Hoc addo, fortasse Photii Glossam: Κωνειαζομέναις· θανάσιμον φάρμακον πινούσαις, ad ipsius fabulae Menandreae elogium respicere.

Ibid. III, 1. „Fortasse Euripidea sic emendari poterunt:

Ἐκ τῶν δικαίων οἱ νόμοι τ' αὐξήματα

μεγάλα φέρουσι, πάντα τ' ἀνθρώπει' ἀεί·
τάδ' ἔστι χρήματ', ἤν τις εὐσεβῇ θεόν.

φέρειν αὐξήματα *auctus accipere, augeri*, ut μισθὸν φέρειν aliaque similia." Augustus Meinekius.

Ibid. V, 1. „Lege ἀπῳκίσθη et aut μάκρ' aut dele που. Hoc tamen praestat. Conferendus versus Stobaei Eclogg. p. 154.

Χρεία δ' Ἀνάγκη κοὐκ ἀπῴκισται πολύ."

A. M. Idem in Commentariis proposui p. 77.

Ibid. V, 3. „Videtur poeta ἀναστρέφειν scripsisse." A. M. Idem suspicabar p. 78.

Ibid. V, 11. „Ὁμολογουμένη videtur nomen comoediae esse, ut fragmentum post illum titulum exciderit. Tum sequebatur Βίωνος ἐκ τῶν Βουκολικῶν. Ita mecum Bergkius statuit. Sed ἀνύσιμα ut putem antepenultima producta usurpasse poetam non adducor. An ὀνήσιμα? Quanquam ne id quidem satisfacit. Plane corruptus est versus alter, in quo quae conjicis neque sensum magnopere juvant et rhythmos solvunt." A. M. Confer quae p. 81. disserui.

Ibid. V, 1. Quod p. 84. in Aegeo et in Theseo Euripideis poetam statuebam verbis paene iisdem eandem sententiam potuisse inculcare, compara simillima exempla apud Aug. Witzschelium *De versibus in Euripidis Medea male repetitis* in Actt. Soc. Graec. Vol. II, 1. p. 148 sqq.

Ibid. VI, 5. „Alio loco docebo, esse hanc sententiam Aristidis in fabula Eupolidea cum Nicia colloquentis." A. M. Vide commentarios nostros p. 84.

Ibid. VII, 1. „Facillima fuerit correctio:

Τοῦτ' ἐστὶν ἀρετή· τὸ δ' ὄνομ' οὐχὶ διαφέρει.

Tuae enim conjecturae peccant in canonem Porsonianum qui indubitabilis est." A. M.

Ibid. VII, 5. „Corrige potius cum Lachmanno:

Πρὸς τὰς κρίσεις χρὴ καὶ τὰ πράγματα σκοπεῖν."

A. M.

Ibid. VII, 10. „Sophocleum versum videtur in mente habuisse Choricius in Fabric. Bibl. Graec. *VII. p.* 856. Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρός, ἡ τραγῳδία φησίν, ἅπαντα φέρειν καλῶς." A. M.

Ibid. VIII, 10. „Fortasse:

Ἦ που πολλά γ' ἐν χρόνῳ μακρῷ γίγνεται μεταλλαγὴ πραγμάτων κτλ.

Ut plane apud Aeschylum *Ζεὺς ὅστις ποτ' ἐστίν κτλ.* Et iisdem numeris saepius usus Aristophanes. Nam quominus *πολλὰ* adverbiascere putes impedire videtur locus Juliani Orr. VII. p. 204, A. Pro *ἤπου* alia licebit comminisci. Sed codex Vossianus Juliani illud commendare videtur." A. M. — Locus Juliani est: *Πολλὰ* (cod. Voss. *ἢ πολλὰ*) *γίνεται ἐν μακρῷ χρόνῳ· τοῦτο ἐκ τῆς κωμῳδίας κτλ.* Hinc ego *ἢ πολλὰ* pro *ὡς πολλὰ* lubenter amplector, reliqua teneo ut in Commentariis p. 91 sq. vindicabam. Nec me movet Juliani usurpatio dicti Eupolidei a se decurtati, ut *πολλὰ* arbitrer non esse i. q. *πολλάκις*. — De numero plurali substantivi femin. gen. cum verbo singulari similiter nuper scripsit A. Witzschelius in Zimmermanni Diar. Antiq. Stud. 1838. p. 638 sq.

Pag. 57, 16. „Scribe *οὐδὲ θηρᾶσθ' οὐδέπω.*" A. M. Sic conjeci p. 97.

Pag. 64, 7. corrige *am* in *jam*.

Pag. 76, 23. corrige *Ἔα*.

Pag. 110, 10. Versum *Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει* non memineram esse Temenidarum fr. III.

Pag. 120. Maesonem paullo brevius transmisit Meinekius Hist. Crit. Com. Grr. p. 22 sq.

Pag. 124. Pollucis locum emendatum dedit Meinekius Hist. Crit. Com. Grr. p. 564.

Pag. 162, 16. lege *ΚΡΕΟΥΣΑ* pro *ΙΩΝ*.

I.

INDEX
SCRIPTORUM AB ORIONE EXCERPTORUM.

*) Excidit nescio quomodo p. 52, 21. locus: *Θουκυδίδου· Ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος.*

II.

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

III.

INDEX
SCRIPTORUM VEL EMENDATORUM VEL EXPLICATORUM.